

JOHANNIS THOMÆ
J.U.D. ET CONSILIARII SAXONICI IN AULA ALTENBURGENSI

Tractatus
de

NOXIA ANIMALIUM,

Continens

pauperiei, pastus, Edicti de animalibus ferocibus Æditilii, pignorationum item, vindictæ privatæ & publicæ, ob facta animalium competentium materiam,


ex principiis Juris deductam, & hodierno foro accommodatam.





J E N Æ

TYPIS ET SUMTIBUS GEORGI SENGENWALDI.
ANNO M DC LIII.



Celsissimi atq; Illustrissimi Principis
ac Domini

DN. FRIDERICI WILHELMI
Ducis Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ ac Montium, &c.

Cancellario & Consiliariis, respectivè Intimis, Aulicis atq; Ecclesiasticis


DN. JOHANNI FRIDERICO
A BRAND/in Haardorff/Klein Helmbdorff/Langenleube & Goltzscha/ Dicasterii Provincialis, quod Jenæ habetur, Præsidi,

DN. D. HEINRICO GEBHARD,
ALIAS WESENER, in Sölmnitz/

DN. VVOLFGANGO CONRADO
A THUMBSHIRN/in Ponitz & Nobitz/

DN. D. SEBASTIANO BEER/
in Drackendorff/Leitenthal & Zschöppcritz/
JCtis gravissimis,

Salutem & Officia!



Viri Magnifici, Præstrenui, Nobilißimi, Amplissimi, Domini, Patroni, & Collegæ ætatem suspiciendi,



ACademicam me functionem ante semestre spatium cum Aulicâ commutantem quamvis graviores hîc exceperint curæ, & velut in novum delatum Orbem variè distraxerint, perficere tamen illæ non potuerunt, ut morem Academicum certa Juris nostri argumenta qualicunque stylo pleniùs persequendi penitùs abjicerem. Eo enim scribendi genere hactenus fui delectatus, non laureolam aliquã quæsiturus in mustaceo, sed quòd quotidianæ vitæ hujus tædia proniori existimaverim me non posse superare viâ, quàm si labores, quibuscum conflictandum mihi est, operis hisce tumultuariis, velut intersceniis, emollirem, & molestias per majorem diei partem exantlatas horis statim sepelirem succisivis.

Incidi ita, Patroni, in eam, quam modò in manibus habetis, materiam, vilem, ut videtur,

&, ſi non ad porculatorum haras, ſane ad inferiorum Judicum ſubſellia ablegandam. nec enim, credo, deerunt, qui hâc mihi ſcripturi ſunt dicam. Vos verò non ignoratis, Sanctiſſimum etiam Juris Conditorem apud Israëlitas, apud Romanos item Decemviros, & Prætores, & Imperatores, &, qui nihil niſi regium & ſublime ſpirant, ipſos Pontifices, animalium noxiam legibus ſuis, ſuis edictis & placitis ſtudiose fuiſſe complexos. Vix adeò quidquam eſt abjectum, ut id infra curam JCti ſit poſitum. De aquâ pluviâ, fumo, fonte, ſtillicidio, glande, foramine, imò de cloacâ jus dici, nemo neſcit, niſi qui Reſponſa neſcit Prudentum.

Neque Prudentibus id magis obtrectari debet, quàm Immortali Deo, quòd paſſerculos etiam curet, & capillos noſtros habeat numeratos. Non Viris tantùm Principibus nata eſt noſtra Jurisprudentia, ſed quàm maxime hominibus privatis & plebejis, quive non ita legibus ſunt ſoluti, ut illi. Meminiſtis, Patroni, quoties pauperum cauſæ ad Inclytum veſtrum Synedrium, cujus ad nutum Clementiſſimi Principis con-

consortem me promtissimè fecistis, quoties, inquam, ad aures vestras pauperum querelæ de rebus non adeò magni momenti appulerint. quas quidem ad Justitiæ & Æquitatis trutinam æquè examinastis, atq; alias maximi ponderis causas. Neque verò concesserim, lites ex factis animalium leves semper esse, cum in pretiosis quoq; rebus damnum ab his dari contingat, interdum & de ipsâ hominis vitâ aut integritate agi sensurus sit ferocientis animalis dominus improbior.

In chartam ergò conjeci, quidquid sequentes paginę loqvuntur. quas ego nunc, tanquam temporis per hoc semestre Principalibus negotiis subtracti usuras ad Vos redire jussi, Principalium negotiorum supremos arbitros; veniam scilicet meriturus, dum rem furtivam cum omni causâ restituo. Quamvis, ut nihil diffitear, non tàm, ut veniam mererer, quàm ut Vestram in me benivolentiam liberiùs provocarem, libellum hunc, quem necdum ad umbilicum productum jam destinaveram Vobis, Splendidissimis Vestris Nominibus Sacrum,

esse voluerim. Postquam enim Vestram in agendis rebus dexteritatem & prudentiam singularem, Vestram in Jure statuendo & reddendo solertiam per tempus hoc, licet exiguum, fui expertus, postquam ex ipsis Legibus, longo tamen nonnunquam temporis usu & experientiâ temperatis, ambigua causarum fata à Vobis vidi dirimi, difficile est dictu, quantoperè indè in Vestrûm amorem atque cultum fuerim abreptus. Quod ipsum ut facto Vobis potiùs, quàm verbis exponerem, hunc maturavi fœtum; novo, nisi fallor, exemplo, non Patronos ipsi absoluto demum, quod alii faciunt, quæsiturus, sed, quòd Patronos jàm haberem publicè nominandos, hunc ipsum absoluturus tractatum.

Accipite ergò, quod destinatione meâ Vestrum est jamdudum, quodve inter ipsa sui exordia Vestros jam titulos anticipaverat! Non id Vobis transscribo, ut perlegendo ejusdem Vos furti, cujus ego me scribendo, alligatis. Scio, quàm religiosè dignioribus occupationibus omne impendatis tempus. Libellum saltem

tem porrigo, qui tùm animi non fucati testis sit perpetuus, tùm in numerũ Vestrorum librorum receptus Vobis aliquando inter instructissima Vestra armaria obambulantib9, & in tenue fortè libelli tergum intuentibus, quasi de subitò interpellando memoriam Collegæ Vestrûm studiosissimi tacitè refricet & commendet.

Quodsi evolvere etiam, & (inopino aliquo id indulgente otio) pagellam unam alteramve benivolis Vestris oculis percurrere libuerit, ubicunque quid deprehenderitis, quod, non dicam accuratiùs, (nihil enim curatè feci) sed rectiùs scribi debuisset, amabo ostendite! Errorem agnoscere uti me nunquam puduit, ita doceri, à tantis præsertim Viris, & discere nunquam pigebit. Docete modò, emendate, corrigite! Fidei Vestræ meq; meaque omnia committo. Valete, Patroni, & Rem Saxonicam, quod facitis, gerite feliciter! Dabam Altenburgi 19. Augusti, anno 1652.

Vestrûm

Observantißimus

Johannes Thomæ D.

SERIES CAPITUM.

TRACTATUS
DE
NOXIA ANIMALIUM,

CAP. I.
DE NOMINE ET ORIGINE ACTIONIS DE PAUPERIE.

1. *Jus etiam reddi secundum facta brutorum*
2. *quibus modis id persequamur*
3. *Actiones civiles de factis brutorum.*
4. *Actio de pauperie frequens.*
5.6.7. *Ejus synonyma.*
8. *Investigatur origo actionum.*
9. *forma actionum essentialis*
10.11.12. *Ex quo jure sint actiones secundum formam.*
13. *Distinctio causæ efficientis.*
14. *Causa actionum remota,*
15. *propinqua.*
16. *Hujus exempla.*
17. *Ex quo jure sint actiones secundum causam efficientem.*
18. *An detur actio ex mero jure gentium oriunda?*
19. *Quomodò omnes actiones juri civili adscribantur?*
20. *Actio de pauperie an sit ex mero jure civili?*
21.22. *An statim iniquum sit, si ex re meâ patiaris damnum?*
23.24.25. *An omnis æquitas ad actionem juregentium producendam sufficiat?*
26.27. *Origo actionis de pauperie.*
28.29.30. *Verba Legis 12. tabularum.*
31.32. *De quo egerit secundum caput Legis Aquiliæ.*
33. *Actio de pauperie an civilis?*
34. *quomodo de eâ tractaverit Prætor?*
35. *eam confirmatam esse jure canonico*

1. JUs † equidem personis tantùm redditur, non tamen semper secundum facta personarum. Jus etiam quoddam est, quod
2. redditur secundum facta brutorum. Ex† facto jus oritur, quod persequi solemus modis tum civilibus, tum criminalibus: civilibus vel in judicio, vel extra judicium. De illis primùm: actionibus, inquam, civilibus, quæ ex brutorum dantur factis, & eorum sunt propriæ.
3. Tres † enim sunt, *vide tamen infr. c 14. n. 2* de pauperie una, altera de pastu, tertia de damno ab animali feroci juxta viam publicam dato.
4. Actionem † de pauperie valde utilem dicit Brederodius, *ad Inst. si quadr. paup. fec. dic. p. 494.* & nostris temporibus admodùm frequentem, quamvis, quod addendum est, raró in judicium deducatur processu ordinario, sed, cum lis ferè sit de modicâ quantitate, summariâ viâ plerunq; expediatur.
5. *confer infr. c. 8. n. 6.* Appellatur † etiam in glossis Basilicarum *lib. 60 tit 1.* actio quadrupedaria, compendiosiùs quàm Jure Justinianéo actio si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.
6. Quæ † quidem phrasis non est conditionalis, sed absolutum terminum notat, desumta ex antiquâ actionum formulâ, cui particula ista SI erat solennis; *Oldendorp class. 6. act 13 p. 988.* sive potiùs ex ipso textu legis duodecim tabularum; quemadmodum pleraq; Interdicta, ut Quorum bonorum, Quod legatorum, Uti possidetis, Unde vi &c. à verbis Interdictorum
7. initialibus nomina sua videmus accepisse. Sicut † autem prædictæ duæ appellationes, actio quadrupedaria & si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, cum verbis Legis magis congruunt ita vulgaris ista DE PAUPERIE, quæ etiam occurrit in L. liber homo 37 § 1. D. ad L. Aquil. magis quadrat ad legis sensum.

De

De †origine ejus si quæras, quia quæstio est quotidiana 8.
& vexata valde, operæ pretium est, si rem paulò repetamus altiùs. In quâvis actione distinguenda est forma ejus â causâ efficiente. Forma vel essentialis est, vel accidentalis. Essen- 9.
tialis† in definitione, quæ oratio est essentiæ, exponitur. Definitur actio, quòd sit jus persequendi in judicio, quod sibi debetur. *princ. J. de action.* facultas ergò ista persecutionis judicialis actionis essentiam constituit. Quod si † jam quæras, an 10.
actiones sint ex jure civili, an gentium? facilis erit responsio, esse ex jure Gentium. quia facultas persequendi quid in judicio est juris gentium. Magistratus ideo jure gentium constituti & Judices, ut unusquisq; coram ipsis jus suum posset persequi. *v. Sutholt. dissert. 17. §. 4. & 5.* At † modum persequendi 11.
seu formam actionis accidentalem quod attinet, eam actiones habeat ex jure civili. Gentium jure actionem suam quisq;, prout volebat, instituebat, donec ea libertas civili jure restringeretur formulis actionum compositis solennibus. *l. necessarium. 2. §. deinde ex his 6. D. de orig jur.* Quæ quamvis postea ab Imperatoribus fuerint sublatæ, *tit. C. de formul. & impetrat. act. subl.* forum tamen ex interpretationibus JCt orum, Edictis Magistratuum, Constitutionibus Principum, aliisq; Juris civilis speciebus tot interim novas receperat figuras, ut ex simplicitate jurisgentium vix ullum remanserit vestigium. Summatim † repetam: forma actionum essentialis est ex jure 12.
gentium, accidentalis ex civili jure.

Dixi, † â formâ actionum aliam esse causam efficientem. 13.
Efficiens causa vel proxima est, vel remota. Remota † jus est, 14.
vel gentium, vel civile, prout proxima ex jure gentium fuerit, vel ex jure civili. De proximâ ergò cumprimis sollicitos nos esse oportet. Proxima † actionis causa est, ex quâ actio fluit 15.
quasi per emanationem. (est enim quoddam causarum genus, quod per emanationem appellant.) Ita † ex dominio fluit rei 16

vindicatio, ex servitute actio confessoria, ex obligatione societatis actio pro socio. Jam si dominium est ex jure gentium, si servitus (de hôc enim jam non disputabimus) si societas, etiam rei vindicatio & actio confessoria & actio pro socio ju-
17. ri gentium non malè adscribentur. Breviter, † quia actio est jus persequendi id, quod nobis debetur, debitio proxima erit actionis causa. Itaq; ubi id, quod persequor, jure naturali vel gentium mihi debetur, ibi actionem ex jure gentium profectam esse dixerim; ubi jure saltem civili, ibi ex civili jure.
18. Obiter † addo, in civili foro nullam actionem ex mero jure gentium proficisci, sed requiri, ut jus gentium, ex quo provenire debet actio, à civili jure sit approbatum. *ita intellige. l. re-*
19. *rum quidem 15. D. de action. rer. amot.* Inde † factum est, ut in legibus nostris potior ratio habita fuerit Juris confirmantis, quàm confirmati, & actiones, quæ ex jure gentium derivatæ sunt, nihilominus juri civili (in specie sic dicto) vel Prætorio juxta cum aliis ex mero jure civili profectis attributæ, prout Jus civile vel Prætorium easdem actiones ad forum Romanum accommodâsset. §. *sed istæ quidem. 3. junct.* §§. *praced. & seqq. J. de action. adde l. in commodato. 17.* §. *sicut autem. 3. ibi: actiones civiles. D. commodat.* quod idem etiam in exceptionibus observabis. §. *quarum quædam. 7. J. de exception.*

20. Cum † ergo de actione de pauperie quæritur, utrum ex jure gentium sit, an civili? non de formâ actionis est quæstio, sed de causâ efficiente proximâ, debitione. quam, quatenus ex pauperie factâ citra culpam domini nasci intelligitur, cum Grotio *de jure bell. & pac. lib. 2. c. 17. §. 21.* planè civili juri adscribimus, cum dominus animalis, qui in culpâ non est, jure naturali non teneatur magis, quàm is, cujus navis damnum dede-
21. rit. Nec † obstat, iniqvum esse, si ex re meâ patiaris damnum; æqvum ergò fore, ut damnum illud tibi resarciatur. Sed à quo? non putandum esse, quòd æquitas naturalis ita indefi-
nita

nita sit & frustranea, ut tibi consuli velit, nolit tamen quenquam ad hoc obligari, imò æqvum esse, ut ad me, cui emolumenta & fructus adquiruntur, detrimenta etiam pertineant. *Wesenbec.n.2.D.de noxal.act.* Respondemus† enim, si ex re 22. meâ casu aliquo fortuito damnum patiaris, nullam te pati iniquitatem (casus enim fortuiti nec æquitatem capiunt, nec iniquitatem) sed infortunium. fortuitus autem est casus, ubi nullius hominis culpa intervenit. Sed † esto! æqvum esse, 23. ut ego tibi damnum resarciam. non omnis æquitas ad obligationem efficacem seu actionem etiam gentium jure producendam sufficit. naturalis ratio, ut vulgari isto utar, inclinat nonnunquam, non tamen necessitat statim. Ita † ad re- 24. munerandum obligamur, *l. sed etsi lege.25.§.consuluit.11. D. de hered.petit.l.si pignore.54.§.1. D. de furt.* ut tamen ea obligatio etiam gentium jure sit minùs plena, neq; tribuat actionem, per quam remuneratio ab invitis possit extorqueri. *Sutholt. dissert.12.§.10.& 11.* Non † temerè Imperator: *§.jus autem ci-* 25. *vile.1.J.de jure nat.gent.& civ.* Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræquè custoditur. Constituere ibi est firmiter statuere, atq; ita statuere, ut apud omnes custodiatur. Nec † ergò obstat ulteriùs, apud Judæ- 26. os etiam ex Lege Mosaicâ *Exod.c.21.* de pauperie actum fuisse, id Jus ad Phœnices venisse, inde desumsisse Solonem, ex Solone Platonem. *v. Grotius in flor. Justin. ad tit. D. si quadr. pauper. p.m.224. Cujacius ad Paul.lib.1.tit.15.pr.* Omnia † ista nondum 27. constitutionem gentium inferunt, quamvis hujus juris produnt originem; ut credamus, à Græcis hoc jus profectum fuisse ad Romanos: qui postquam id inter leges duodecim tabularum retulerunt, actio de pauperie non malè ex L.12. tabularum dicitur descendere. *l.1.pr.D.si quadr. pauper fec.*

Verba † Legis variè finguntur: à Wesenbecio: *n 3.D.b.t.* SI 28. QVADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICETUR, EI, CU-

JUS INTERERIT, IN EUM, QVI DOMINUS ERIT, QVO TEMPORE DE NOXIA QVÆRETUR, ACTIO ESTO, UT VEL NOXÆ QUADRUPEDEM DEDAT, VEL NOXIÆ ÆSTIMATIONEM PRÆSTET. Ab Eguinario Barone: *in manual. Digest. p. m. 119.* SI QUADRUPES PAUPERIEM FECISSE DICETUR, EI, CUJUS INTERERIT, ADVERSUS EUM, QVI DOMINUS ERIT QVADRUPEDIS, ACTIO ESTO, UT IS ANIMAL NOXÆ DEDAT, NOXIÆVE ÆSTIMATIONEM DEPENDAT. ab alio Anonymo: *ad princ. J. hic.* SI QVADRUPES PAUPERIEM FECERIT, ANIMAL, QVOD COMMISIT NOXAM, DATO,
29. AUT NOXÆ ÆSTIMATIONEM FERTO. Ita† conjectu-rant, postquam Verba Legis teste Giphanio *ad pr. verb. Lex. 12.*
30. *tabular. J hic.* periere. Ne † putes, verba ista, quæ habentur in principio J. hîc. SI EQVUS CALCITROSUS CALCE PERCUSSERIT &c. fragmentum esse legis duodecim tabularum. (quod cogitâsse videtur, qui in quibusdam exemplaribus ea exprimi fecit literis cætero contextui dissimilibus) exempla tantùm pauperiei evidentiora adducuntur ibi. *confer Cujac. Gipban. & Crispin. ad princ. J. hic.*

31. Legem † autem Aquiliam, quod Freherus opinatur ab Arumæo *ad Pandect. disput. 10. q. 4.* refutatus, in capite secundo de pauperie disposuisse, probabile non est. Lex Aquilia egit de damno injuriâ dato, inq; eâ materiâ derogavit omnibus legibus anterioribus, ipsi etiam legi duodecim tabularum. *l. 1 pr. D. ad L. Aquil.* pauperies verò sine injuriâ fit *v. c. seq* neq; legi duodecim tabularum circa pauperiem ad tempora usq; Justiniani, imò hodierna, derogatum unquam fuisse, quisquam temerè affirmaverit. Disertè Theophilus: *in suis Instit. hôc. tit.* noxalem actionem ex L. Aquiliâ de damno animali-
32. um non competere. Neq; † desunt argumenta, de quibus istud caput secundum egisse potest. fortassis de servo corrupto,

pro *secundum Antumnum d.l.* aut forte de quâvis utilitate alteri interceptâ, ut si quis neglectâ formâ antiquorum ædificiorum luminibus vicini officiat. *v. Cujac. in paratitl. Cod. tit. de L. Aquil.* Illud † patet, hanc de pauperie actionem legitimam 33. esse, *Wesenbec procem. n. 3. J. hic.* sive civilem; non Prætoriam, *dissent Joachim* Schultz *in Synops. jur. civil. volum. 3. nota. 6. 8. p.* 32. licet † & Prætor de eâ tractaverit, *l. 1, §. ait Prætor 3. D h. t.* 34. *Gloss. ad l. 1. pr verb. offerri. D. h. t. Azo. n. 8. J. eod.* scilicet non novam actionem introducendo, aut illi legitimæ superaddendo, sed confirmando saltem istam veterem, & ejus exercitium pollicendo. *Bachov. in not. ad Wesenbec. n. 2. D. h. t. adde infr. c. 13. n. 3 & seqq.* quemadmodum † eandem non obscurè 35. confirmavit Jus Canonicum. *c. fin. X. de injur.*

CAP. II.

DE PAUPERIE IN GENERE.

1. *Pauperies pro paupertate sumitur.*
2. *Pauperies & paupertas an differant?*
3. *quomodo sumatur pauperies apud JCtos?*
4. *Ratio denominationis.*
5. *definitio Althusii*
6. *rejicitur.*
7. *an de omni pauperie detur actio*
8. *definitio Justiniani*

9. 10. 12. *an furiosus & infans pauperiem faciant.*

11. *particula SINE quot modis accipiatur.*
13. *alia definitio pauperiei.*
14. *pauperies an species damni?*
15. *damni etymologia,*
16. *Homonymia.*
17. *quænam animalia faciant pauperiem?*

18 19. 20. *an homo sit animal?*

21. *quid per animal absolutè positum intelligatur?*
22. Thier *unde, & quid?*

1. IPsa † actio ex obligatione nascitur sive debitione, & hæc ex facto, quod dicitur pauperies. Pauperies apud Latinos est paupertas & inopia. Ita Alciatus *in orat. habitâ Avenione in laudem Juris civilis* Poëtam refert, qui pauperiem optimam studiorum appellavit matrem. alibi *ad l.ædificia.139.de V.S.* hos recitat versiculos:

Ædificare domos, multorum &, pascere ventres
pauperiem in miseram tuta frequensq; via est.

addatur Horatius: *lib* 1.*epist.* 1.

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

& lib. 3. *od.* 24.

Magnum pauperies opprobrium jubet
quidvis & facere & pati.

& Johannes Nevizanus: *in sylvâ nupt. lib.*4.*n* 5.

Pauperies, si læta venit, ditissima res est.

2. Quæ † quidem exempla probant, non attendi differentiam, quam quidam ponunt inter pauperiem & paupertatem, quasi pau pertas sit conditio ipsius personæ, pauperies autem
3. damnum, ob quod inopia contingit. Quamvis † ista acceptio vocabuli propiùs accedat ad usum juridicum, ubi pau-
4. peries pro certâ quâdam sumitur damni specie, atq; † à Bachovio *ad Treutl. de L. Aquil. θ.* 1. *lit. d. p.* 693. ita dicta putatur, quòd faciat pauperiorem.
5. In † isto significatu Althusius *Jurisprud. Roman. lib.* 1.

c. 67,

c.67. pauperiem definit, quòd sit damnum sine injuriâ mansuetæ quadrupedis sive pecudis alterius sive bestiæ facientis datum, non lacessitæ; sed proprio motu suâ lascivià & fervore contra communem sui generis naturam & consuetudinem. Quæ† definitio quò verbosior est & prolixior, eò strictior est, 6.
si definitum respicias. Existimavit † Althusius, pauperiem 7.
non esse, nisi de quâ daretur actio. Nos autem putamus, sicut in potestate Legislatoris fuit de nullâ pauperie dare actionem, (ex mero enim jure civili eam esse supra *c. 1. n. 20.* docuimus) ita in ipsius potestate fuisse actionem de aliqua dare pauperie, de aliquâ non dare. *confer c. seq. n. 10. & seqq.*

Justinianus† ab Accursio interrogatus: Domine, pro Deo 8.
dicatis mihi, quid est pauperies? ex principio J. si quadr. pauper. respondet: Frater, pauperies est damnum sine injuriâ facientis datum. *v. gloss. jucunda ad d. pr. verb. animalium.* Eandem definitionem habet Ulpianus, *in l. 1. §. ait Prætor. 3. D. si quadrup. pauper.* latiorem, † ut primâ verborum fronte vide- 9
tur, definito: cum secundum eam etiam furiosus & infans pauperiem sit facturus, & is, qui casu damnum dedit aut per necessariam sui defensionem. *§. injuriâ. 2. & trib. seqq. J. de L. Aquil.* Sed† salva res est, statim explicatur definitio in versiculo 10.
lo sequenti, ut intelligas, particulam SINE ibi esse negativam, non privativam. Ita† nimirum est: particula ista interdum 11.
significat privativè, absentiam ejus quod adesse debet aut potest: ut cum pupillus sine tutoris authoritate quid agere dicitur. *pr. J. de author. tut.* interdum negativè, absentiam ejus, quod non potest adesse: quomodo æternitas dicitur esse sine principio & sine fine. Damnum† ergò sine injuriâ facientis 12.
datum esse, est datum esse ab eo, qui injuriam ne quidem facere potest. furiosus verò, postquam reconvaluit, & infans, postquam ad ætatem pervenit, & cui casus obtigit fortuitus aut necessitatis, postquam is cessavit, injuriam facere possunt.

13 Quod si adhuc ambiguitas istius particulæ quem offenderit, is, per nos licet, planius loquatur: Pauperiem esse damnum ab animali quopiam irrationali datum.

14. Damnum † genus est pauperiei, & proinde de eâ propriè prædicatur, ut nulla sit distinctio Francisci Chambonni, *in Vocabular. utriusq. jur. verb. pauperies.* damnum & pauperiem ita differre statuentis, quòd damnum fiat cum animo injuriandi, vel ab habente animum injuriandi, etiamsi eo non utatur; & Harprechti, *ad princ. n. 1. J. h. t.* quadrupedem propriè non damnum dare, sed pauperiem facere adserentis. Veriùs est pauperiem esse speciem damni. *confer Vultej. ad*
15. *princ. n. 1. J. h. t.* Damnum † à Græco δαπάνη impendium, sumtus) dici, & olim ideò scribi consuevisse dapnum, ex originibus Scipionis refert Albericus Gentilis. *ad l. cum Prætor. 81. de V. S.* Paulus *in l. damnum, 3. D. de damn. inf.* Latinam originem sectans ab adimendo & quasi deminuendo patrimonium derivat. breviùs alii à demendo. *Dn. Schnobel. ad Pandect.*
16. *disp. 7. th. 1.* Sumitur † autem damnum vel latè, vel strictè. Latè pro quovis incommodo & detrimento; ad quam significationem adductæ etymologiæ optimè quadrant: strictè pro corporis alicujus læsione vel corruptione, & quidem tali, ex qua aliud corpus non reficiatur. *v. c. 14. n. 7.* Et hæc significatio ultima videtur esse hujus loci, nisi sub pauperie & pastum volueris comprehendere.

17. Subjectum † pauperiem faciens est animal irrationale quodcunq;, etiam aves (cum & hæ sub animalis appellatione contineantur. *l. 1. §. jus naturale. 3. D. de just. & jure, Georg. Mor. de venat. par. 1. c. 1. n. 10. dissentit quoad gallinas, anseres & fasianos Alphonsus ab Azevedo in commentar. Jur Hispan. lib. 6. tit. 3. l. 11 n. 1.*) non solæ pecudes. *quod quidem vult Köppen. lib. 2. obs. 78 n. 4.* Homo, autem & res inanimatæ non faciunt pauperiem.

A-

Animal † dixi irrationale. quia communior est sententia, & à textibus nostri juris non aliena, *arg. princ. J. de jure nat. gent. & civ.* hominem esse animal. aliàs sufficere potuisset, si dixissem, pauperiem fieri ab animali. Cardanus † tamen *subtilitatum lib. 11.* hominem, ait, non plus esse animal, quàm animal sit planta. Si enim animal, quamvis nutriatur & vivat, plantæ nomen non participet, neq; hominem animal esse dicendum, quamvis sentiat. at animal propter animam sensitivam quid aliud esse à plantâ. E. & hominem propter animam rationalem quid aliud esse ab animali. aut si propter facultatem sentiendi inter animalia referendus sit homo, eundem etiam referendum esse inter plantas ob facultatem vivendi. *videantur hanc in rem plura apud Cardanum d. l.* Addi † posset, quòd homo non sit corpus. E. nec animal: quia corpus est animalis genus. Corpus autem non magis est homo, quàm spiritus: cum ex utrâq; constet substantiâ, spirituali & corporeâ. Si itaq; substantia corporea (quatenus opponitur spiritui) est pars hominis, non potest ejus esse genus. nulla enim pars est genus sui totius. Summa argumenti est, quod homo nec animal sit nec corpus, sed sub alio ordine sive genere ponendus substantiarum ex spirituali & corporeâ mixtarum. Verùm eam controversiam ad Philosophorum scholas remitto, nec hodie facio meam. Saltem † moneo, vulgò per animal, cum absolutè ponitur, id, quod ratione caret intelligi; quemadmodum etiam per Germanicum Thier/ quod, † quia à Græco θὴρ, feram bestiam significante, deducitur, *Scherzi* Sprachenschul. *p. 153.* nonnunquam etiam in specialiori significatu pro ferâ bestiâ usurpatur. ut in versione Bibliorum Germanicâ Lutheri Genes. 1. v. 24. 25. ubi in margine notatur: Vieh/ was zahm/ Thier/ was wild ist.

Res † inanimatas quod attinet, videtur definitio pauperiei ab Imperatore tradita benè posse applicari ad damnum

18. 19. 20. 21. 22. 23.

per res inanimatas datum, cum & hæ damnum dando injuriâ
24. non faciant. Responderi posset, imò res inanimatas injuriâ damnum dare. (1) quoniam stipulatio damni infecti, quæ ad ædes ruinosas pertinet, id damnum dicitur continere, quod fit injuria. *l. fluminum. 24. § hæc stipulatio. 3. D. de damn. inf.* (2) culpæ etiam machina arguitur *l. si ut certo. 5. § sed interdum 7. D. commod.* (3) & aliæ res inanimatæ *arg. c. cognoscentes. 2. X. de*
25. *constitut. à contrario sensu.* Sed† nolumus cavillari, absurdum utiq; putantes, injuriâ facere res inanimatas, si animalia
26. non faciant. (1) Damnum † itaq; injuriâ factum *in d. l. 24.* non ædium respectu dicitur, sed respectu caventis, qui, postquam monitus de damno id prævidit, neq; prævenit tamen, in culpâ esse existimatur. *gloss. ad d. l. 24. § 3. verb. injuria.* aut per quandam similitudinem injuriâ damnum factum dicitur, quod vitio ædium factum est. *confer d. gloss.* quod enim culpa vel injuria est in homine, id in rebus inanimatis est earum vi-
27. tium (2) Eadem † ratio est in machina, *in d. l. 5. § 7.* ut culpa machinæ aut pro vitio ejus ponatur *Bachov. ad Treutl. de L. Aquil. 9. 1. lit. d. p 653* aut machinæ culpa extrinsecùs adscribatur, non quasi ipsa, sed quod circa ipsam servus, qui eam non ligaverat diligenter, culpam commiserit *Treutler. de L. Aquil. 6. 1.*
28. *lit. d.* (3) Chassenæus † *Consil. 1. par. 5. n. 18,* notat, interdum appellatione rei venire etiam personam, atq; ita solvere vult nodum ex c. 2. X. de constit. nexum. Displicet ea solutio Francisco Coscio Senensi, *ad d. c. cognoscentes. n. 16. 17. (in opere repetitionum Juris Canonici tom. 2. fol. 258.*) ideo *n. 21.* aliter solvit, quòd res culposa possit vocari respectu hominis. Pu-
29. târim, † rem ibi neq; corpus animatum, nec inanimatum, neq; personam significare, sed factum. *ut l. societatem. 4. D. pro soc. princ. ibi. ex re, id est, ex ipso maleficio. J. de obligat. quæ ex del. l. 1. § 1. ibi: re, quoties manus inferuntur. D. de injur. l domicilium.*
30. *20. ibi: re & facto. D. ad municipal.* quemadmodum † contractus re-

reales à re, i.e. facto (non quod cum aliis vult Sutholt, *dissert. 13. §. 1.* à re aliquâ corporeâ) nomen suum sortiri benè docet Giphanius. *ad princ. J. quib mod. re contr. oblig. adde l. certi condictio. 9. §. numeravi. 4. ibi: re id est numeratione. D. de reb. cred. vers. ideo autem. ibi: ac nec dari. J. de oblig. ex consens.* Adhuc † 31.
ergo stat oppositio, injuriam in res inanimatas non cadere, adeoq; pauperiem eas facere posse, nisi aliter nobis consulamus. Nimirum † ad pauperiem non sufficit damnum dari si- 32.
ne injuriâ, sed requiritur, ut detur sine injuriâ facientis. facere verò proprium est animantium atq; se moventium. cæteræ † res propriè non faciunt, licet per eas fiat & contingat 33.
damnum, eâq; ratione ipsæ dicantur damnum quodammodò dedisse. *l. qui bonâ fide. 13. §. cum inter. 2. l. cum postulassem 44. pr. D. de damn. inf.*

CAP. III.

DE QUO DAMNO DETUR ACTIO DE PAUPERIE.

1. *An ob surreptionem ab animali factam detur actio de pauperie.*
2. *Facti, ex quo detur hæc actio REQUISITUM PRIMUM.*
3.4.5.6.7.8. *Remedia ob damnum ex re inanimatâ illatum competentia.*
9. *REQUISITUM SECUNDUM.*
10. *REQUISITUM TERTIUM.*
11. *An hæc actio detur de facto animalis communis?*
12. *An de facto animalis emti? &c.*
13. *REQUISITUM QUARTUM.*
14. *Adulteræ quadrupedes.*
15. *An hæc actio detur de factis bipedum?*
16. *Quæ inter actiones utiles & directas sit differentia?*
17.18.19. & seqq. 19. *REQUISITUM QUINTUM. An hæc actio detur de solis pecudibus?*
20.21.22. *de Lege Pesulaniâ.*
23.25. *An actio de pauperie etiam detur de cane?*
24. *Præstantia canum.*
26.27.28. *Genera quadrupedum.*

30.39.40.41.42.43.44.47.49.55.59. An hac actio detur de bestiis?
31. Bestias omnes feras esse.
32. Bestia unde dicatur?
33. fera unde?
34. an tantùm dicatur de animalibus nocentibus?
35. definitio feræ bestiæ.
36. omnem bestiam esse animal terrestre.
37. Avibus, piscibus & insectis feritatem competere.
38. An de his detur actio de pauperie?
45.46.47. Quandò de facto bestiæ detur actio L. Aquiliæ?
48. Clausula libelli salutaris.
50. Explicatur L. 1 § 2. D si quadr. pauper.
51. L. 1. § 6. & 7. D. eod.
52. L. 2. § 1. D. eod.
53. L. pen. D. eod.
54. Quomodo actio de pauperie concurrat cum Ædilitiâ?
56. An feræ captæ genitalis insit feritas?
57. Explicatur pr. J. & l. 1. § 10. D. si quadr. pauper.
58. Explicatur pr. J. de Ingen.
60. Beer pro sue.
61. Explicatur Landrecht lib. 2. art. 40.
62. Landr. lib. 2. art. 62.
63.64.65. An actio de pauperie detur de bestiis cicuratis.
66. Bestias cicuratas in claustris esse habendas.
67. Quæ actiones dentur de damno à bestiis consuetudinem abeundi & redeundi habentibus dato?
68. An tales bestiæ pro feris habendæ?
69. REQUISITUM SEXTUM.
70.78.79. Quomodò contrà naturam nocuisse intelligatur animal?
71. An actio de pauperie detur de bove cornupetâ?
72.73. An etiam de non-cornupetâ?
74. REQUISITUM SEPTIMUM.
75. Lascivia quid?
76. quid feritas?
77.78.79. An hac actio detur de damno per libidinem dato?

80.

80. *REQUISITUM OCTAVUM.*
81. *Casus fortuitus quomodò in animalibus intelligendus?*
82. *An hæc actio detur de damno per imbecillitatem dato?*
83. *An de damno per morbum?*
84 85. *An de damno vitio animalis dato?*
86. *An de damno coactè dato?*
87. *Culpam hominis impedire hanc actionem.*
88.89. *propriâ culpâ læso non dari actionem.*
90. *Si animal provocans occidatur, cessare actionem.*
91. *Quid si de provocante non constet?*
92.93.95 96. *An culpa læsi levissima actionem impediat?*
94. *Magistratui de viâ cedendum.*
97.98.99. *non quodvis factum culpam esse.*
100,102.103,107.116. *culpam tertii impedire hanc actionem.*
101,104. *quid hoc Reo prosit?*
105. *An parentes teneantur ex delictis liberorum.*
106,112. *Quid si culpâ ipsius domini noceat animal?*
108.110. *Jure Saxonico actionem de pauperie nonnunquam esse subsidiariam.*
109. *An tum arestari debeat animal?*
111. *Quando tum possit arestari?*
113.114.115. *An actio de pauperie & actio L. Aquiliæ possint concurrere?*
117. *pavor quid?*
118.119.120.121. *An ob culpam in omittendo detur actio L. Aquiliæ?*
122. *Casus L. 7. §. 6. D de dolo.*
123.124. *An ibi noxæ deditio absumat actionem doli?*
125. *Explicatur L 7. §. 1. D. quod vi aut clam.*
126. *Interdictum Quod vi, actionem L. Aquiliæ, & quod metus causâ non esse subsidiaria.*
127. *Explicatur L. 1. D. de vi bon. rapt.*
128. *Explicatur L. 2. D de privat del.*
129 130.131. & seqq. *An infirmitas aut imperitia ab actione L. Aquiliæ excuset?*
132.133. & seqq. *Explicatur c. 16. X. de homicid.*
134. *Homicidium culpâ levissima commissum neminem facere irregularem.*

135.



Patet indè, de quibus damnis actio de pauperie detur? Id †quidem præsupponimus, damnum esse datum. Ob surreptionem solam, ut si canis Sempronii tuas chirothecas, aut felis Titii tuas carnes surripuerit, nulla adversus dominum animalis prodita est actio. aut enim salva est illa res surrepta, & dominus ejus recipiet, quod nunquam ejus esse desiit, *v l. Pomponius. 8. §. fin. D. famil. bercisc. l. Pompon. 9. 44. D. de adquir rer. dom.* nec habebit, de quo conqueratur; aut non est salva, & tum non de surreptione, sed de pauperie vel utiliter de pastu agetur. præsumetur autem res surrepta periisse, si non inveniatur, aut si nesciatur, quorsum detulerit rem surripiens animal. eo ipso præsumetur eam rupisse. Et in casu nudæ surreptionis quæ quæso actio dari posset? an de pauperie eò extendi? atqui sufficiebat Legislatorem ibi in casu damni dati à rationibus juris naturalis deflexisse. *l. quod verò. 14. D. de legib. junct. c. 1. n. 20.* neq; damnorum appellatio subreptiones comprehendit. *arg. l. si servus servum. 27. si olivam 25. D. ad L. Aquil. l. nauta. 5. §. fin. D. naut. caup. stab. l. si familia. D. de juris dict. ubi damnum*

&

& furtum ponuntur tanquam diversa. Paul. Paris. vol. 4. consil. 158. n. 11. Cardinal. Tuschus lit. D. conclus. 4. n. 21. 22. & conclus. 5. per tot. confer c. praeced. n. 16. an actio noxalis, ad exemplum ejus, quæ de furtis servorum datur? atqui ea pœnalis est, quales de facto brutorum dari non solent. an condictio furtiva? at ea odio furum est introducta, § *sic itaq. 14. J. de action.* quo dominum animalis, propriè ne quidem furtum committentis, gravari perquam fuerit iniqvum.

Cæterum ad actionem de pauperie requiritur I. ut damnum datum sit ab animali. Res inanimata uti pauperiem non facit, *v. c. praeced. n. 7. 23. & seqq.* ita neq; locum relinquit actioni de pauperie. Quid † ergò, nullumne mihi, si ex re tuâ damnum sentiam, ad resarciendum istud mihi suppetit remedium? Imò verò suppetit, modò distinguas, utrùm res mea tibi nocuerit culpâ hominis, an citra eam? Priori casu actio L. Aquiliæ dabitur adversus eum, qui culpæ est reus. *l. quemadmodum. 29. §. si navis tua. 2. & §. si navis alteram. 4. D. ad L. Aquil.* præterquam tamen Jure Saxonico in singulari casu (si homo cum animali & re inanimatâ, fortè famulus alicujus cum equis & curru domini damnum dederit) arestari potest cum animalibus currus, ut, si famulus effugerit, & actio L. Aquiliæ futura sit inanis, in subsidium tum teneatur dominus, & aut arestatas res dimittat, aut ad earum usq; valorem damnum resarciat. *Landr. lib. 2. art. 40.* 2. 3.

Posteriori † ulteriùs distingues, utrùm ex casu fortuito ob vim externam res ea nocuerit an ex vitio intrinseco? Ibi nulla est actio: *d. l. 29. §. 2. (quem † textum Antonius Faber conjectur. lib. 5. c. 17. p. 121. 122. delendo particulam NON malè corrigit, refutatus ideo ab Arumæo ad Digest. disput. 10. q. 5.) & §. 1. l. fluminum. 24. §. haec stipulatio. 3. & §. seq. & §. item apud. 9. l. damni infecti quidam. 43. pr. D. de damn. inf.* est tamen eo nomine retinendi facultas, donec de damno, præterito etiam, 4. 5.

 ca-

caveatur. *l. hoc amplius. 9. §. Neratius autem.* 3. D. *de damn. inf. l. ratis vi fluminis. 8. D. de incend. ruin. l. Celsus.* 5. §. *sed etsi.* 4.
6. *D. ad exhib.* Altero † casu deniq; distinguas inter vitium naturale & accidentale. Naturale iterùm actionem haud ad-
7. mittit. *l. fluminum.* 24. §. *sed ut ne.* 2. *D. de damn. inf.* contra damnum, quod ex vitio accidentali (v. c. ædium) timetur, prospicere tibi potes exigendo cautionem damni infecti. *d. l.* 24.
8. §. 2. Quod si † ante cautionem ruina facta sit, de damno, quod inde fueris passus, actio nulla competet. *l. evenit. 6. l. cum postulâssem.* 44. *D. de damn. inf.* (nisi citra tuam negligentiam aut culpam cautio exacta non fuerit. *l. hoc amplius. 9. pr. junct. l. Prætor ait. 7. §. fin. vers. quod si dominus. & l. seq. d. l. 44. D. de damn. inf.*) competet tamen retentio rerum prolapsarum *arg. d. l. 6. d. l. 7. §. fin. de damn. inf.* aut, si eas vindicavero, actio quasi contraria in factum. *d. l. 9. §. Alfenus. 2. D. de damn. inf.*
9. II. requiritur, † ut damnum datum sit ab animali bruto. De facto hominis, licet exercitio rationis destituti, ut furiosi, infantis, actio de pauperie non datur *gloss. ad l. 1. §. ait Prætor. 3. verb. caret. D. h. t.* non tam, quod infantem innocentia consilii tueatur, atq; furiosum excuset fati infelicitas; *l. infans. 12. D. ad L. Cornel. de sicar.* quàm quòd infans & furiosus non faciant pauperiem. ☞ *c. 2. n. 9. & seqq.*
10. III. Imò † ne hoc quidem sufficit, pauperiem esse factam, *confer c. 2. n. 7.* sed insuper requiritur, ut pauperies sit facta ab animali alieno. *arg. § si servus domino. 6. J. de noxal. action Coler. decis. 158. Not. margin. ad gloss. la'. Landr. lib. 2.*
11. *art. 40.* adeo, † ut actio noxalis etiam cesset, si animal sit commune. *arg. l. si servus servum. 27. §. si servus communis. 1. D. ad L. Aquil. l. cum servus communis. 41. D. de noxal. act.*
12. Unde † quæsitum est, si boves mihi vendidisti eâ lege, ut experiundos dares, &, cum eos dedisses, servus meus in experi

riundo percussus est ab ipsis, an mihi damnum præstare debeas? Et respondit Alfenus, si emtos eos habuerim, non debere te præstare. *l. si ex plagis. 52. §. quidam boves. 3. D. ad L. Aquil.* Quod ita interpretor; si emtio fuerit contracta sub conditione resolutivâ, puta, ut experiar, &, si non placuerint intra certum diem, venditio rescindatur, tunc, quia emtio non tantùm est perfecta, sed consummata etiam, & dominium boum in me translatum, noxalem actionem cessare; utut resolvi jam velim emtionem. sufficit enim animal tempore damni dati meum fuisse. *arg. d §. si servus. 6. J. de noxal. act.* Sin autem emtio fuerit celebrata sub conditione suspensivâ, *ut § pen. J. de emt.* tum, quia dominium non transivit pendente conditione contractûs sive tituli, (sine quo traditio nuda dominium non transfert. *arg. §. per traditionem. vers. sed siquidem. J. de rer. divis.*) noxalem actionem mihi competere adversus venditorem, qui retinuit boum dominium. Unde apparet, JCtum in hôc textu non tam se fundare in emtione venditione perfectâ, quod vult Paulus de Castro, *ad hunc text.* quàm in translato dominio. quamvis & hoc defendi posse putemus, si animal à me perfectè emtum ante traditionem mihi fecerit pauperiem, & ego actionem noxalem adversus te intendero, aut exceptionem tibi dandã de dolo vel in factum, cum quicquid post perfectum contractum rei venditæ acciderit, adeoq; si noxam contraxerit, ad me periculum vel damnum spectet: *§ cum autem. J. de emt.* aut si animal ut noxam actione noxali recepero, te quasi interitu speciei liberari, *arg. l. quod te. 5. D. de reb. cred. l. verborum. 107. D. de solut.* & exinde actionem emti reddi inanem, actione vẽditi ad exigendum pretium tibi nihilominùs concedendâ. cum pauperies (& ex eâ causâ facta deditio) citra tuam culpam contigerit, quicquid autem sine dolo & culpâ venditoris accidit, in eo venditor sit securus. *v. § cum autem. vers. cui necesse*

ex\ J. de emt. l. contractus. 23. verſ. fin. de R. J. l. fin. C. de peric. & commod. rei vend. neq; debes eſſe deterioris conditionis, ſi mihi facta ſit paup eries, quàm ſi alii extraneo, quo caſu certum foret reatum noxiæ tibi damno non eſſe. *arg. l. 1. C. de peric. & comm. rei vend. & l. cum emtor. 5. §. fin. D. de reſcind. vend.*

13. IV. requiritur, † ut animal, quod pauperiem fecit, ſit quadrupes. *Brederod. J. lib. p. 495.* ejus n. mentio in L. duodecim tabularum expreſsè facta fuiſſe putatur. *Hotomann. epitomat. h. t. n. 4. Giphan. ad pr. verb. ſi quadrupes. J. hic.* Falſa autem eſt eorum diſtinctio, qui quadrupedum appellatione tantum minora comprehendi volunt animalia, pecudum autem nomen pertinere ad majora, v. *Meier. colleg. Argentor. h. t. §. 4.* aut qui vice versâ quadrupedis voce majora, pecudis minora intelligi. *Spiegel. & Schard. in Lexic. Jur. verb. Quadrupes.* quos vel unus §. quod autem. 1. J. de L. Aquil. refutaverit. *adde l. legatis ſervis. 65. §. pecoribus. 4. de legat. 3. l. 1. §.*
14. *fin. ad L. Aquil.* Quadrupedes † olim etiam adulteras vocabant & meretrices, teſte Connano, *commentar. lib. 1. c. 12. n. 7.* qui id confirmat ex Plauto, in Truculento tres uxorem dimittendi enumerante cauſas, ſi quadrupes, venefica, ſuppoſtrix puerum. Quadrupes vocabatur talis mulier, connumeratis fortè pedibus adulteri vel fornicatoris, aut propter promiſcuos concubitus. Non eſt autem, ut, de ejusmodi
15. quadrupedibus nos hic non loqui, moneamus prolixè. Id † potius monendum eſt, requiſitum illud ad directam actionem ſpectare. De bipedibus enim animalibus, ſi noceant, actio de pauperie utilis eſt. *l. pen. D. ſi quadrup. pauper.* exemplum habet Gloſſa *ad d. l. pen.* in gallina intrante domum alicujus ſcholaris, &, (ſunt verba gloſſæ) adſcendente ejus librum; & Petrus Jacobus Aurelianenſis *in practic. libeller.*
16. *rubr. 149. n. 3.* in gallo oculos muli perfodiente. Sane utilis

actio

actio idem commodum habet, quod directa, nec in effectu nulla inter eas est differentia, nisi ex subtilitate juris.

V. requirunt, † ut animal pauperiem faciens sit pecus. 17.
Cujac. ad Paul. sentent. lib. 1. tit. 15. pr. Bachov. de action. disp. 8. th. 19. Vultej. in Jurisprud. Rom. lib. 1. c. 51. §. pen. & ad pr. n. 3. 4. J. hic. Zoes. n. 5. D. h. t. Harprecht. ad §. 1. n. 6. Wesenbec. proœm. n. 7. J. hic. Bernhardus Schotanus in Exam. jurid. h. t. p. 303. Quod † tamen tantum abest, ut ex ullo textu adstruant, ut potius in l. 1 §. quæ actio. 2. D si quadr. pauper. disertis verbis hæc actio ad omnes quadrupedes dicatur pertinere. neq; temere crediderim adserentibus, Legem duodecim tabularum in pecudes fuisse conceptam, & (ut equidem Lex Aquilia) verbo QVADRUPES adjecisse QVÆ PECUDUM NUMERO EST, nisi & hoc idoneis authoritatibus demonstrent. 18.
Ajunt † (1) Legem Pesulaniam cavisse de cane. *Paul. lib. 1. sent. tit. 15. pr.* eâ verò cautione opus non fuisse, si Lex duodecim tabb. actionem de pauperie ad pauperiem à cane factam extendisset. (2) Idem exsculpunt ex Ædilitio Edicto, itidem de cane disponente. (3) Ajunt, Legem 12. tabb. fortè ideo circa actionem de pauperie nullam canum habuisse rationem, quòd ex cane dedito vix ullam utilitatem referret, qui damnum erat passus. (4) actionem etiam de pastu tantum pertinere ad pecudes. *c. 16. n. 23.* in eodem autem capite Legem 12. tabb. de pauperie disposuisse. *v. infr. c. 14. n. 5.* Verùm † 19.
(1) nondum satis constat, quænam fuerit ista Lex Pesulania. In quodam exemplari Lutetiæ impresso Cujacius vidit PESOLONIA. ipse legendum putat SOLONIA, *de quâ Lege dicam infr. c. 10. n. 11* atq; ita in textu etiam exprimi fecit Conradus Rittershusius in editione Sententiarum Pauli Noribergensi quasi Paulus videatur Legem Soloniam Lege Romanâ antiquiorem [illegible] Romanæ legis tantùm explicandæ causâ allegasse. Ponentibus tamen fuisse apud Romanos quam- 20.

dam Legem Pesulaniam, & quidem Lege 12. tab. noviorem. nondum indè sequetur, quod vult Schneidevvinus, *n.7.J.h.t.* extensionem actionis de pauperie per illam legem demum factam esse ad damna à canibus data. potest illa Lex Pesulania ad confirmandam Legem 12. tab. *ut supr. c.* I. *n.* 34. 35. aut quòd fortè generalia ejus verba quidam ad canes applicare dubitarent, dubii juris decidendi causâ lata esse. neq; novum est Leges generales declarari per speciales etiam citra exten-
22. sionem. Deniq; †ponemus, etiam novum jus in Lege Pesulaniâ statutum esse, attamen actio ex istâ Lege oriunda non minùs erit actio de pauperie, & quidem directa, quàm quæ ex
23. L. 12. tabb. (2) Eadem †circa actionem Ædilitiam repeti possunt, cujus etiam longè alia est ratio, quàm actionis de pauperie. neq; de quovis cane loquitur, non de catello, sed de ca-
24. ne effero & mordaci. de quibus omnibus suo loco. (3) Aut† canis ille, qui pauperiem fecit, dominum habet, aut non. Si nullum habet, pro derelicto fortè habitus, inutiliter quæres de actione de pauperie adversus dominum, quem non habet, dandâ. Sin habeat, jam in aliquo eum pretio esse oportet. vix enim est, ut rem nauci inter res nostras esse patiamur. Ita verò res est: quos habemus canes, vel venationum, vel custodiendæ rei domesticæ causâ, vel ob singularem formam aut suavissimos mores in deliciis habemus. Et olim & hodie canes videris generosos, nobilissimis etiam vix mutandos equis. tam fida, ait Mornacius, *ad l.* 1. *pr. D. si quadr. pauper.* est eorum custodia, tamq; amans dominorum adulatio, tantumq; odium in externos, ut & ad hominum commoditates generatos scripserit Tullius, solumq, in ipsis judicium desideret poëta Theocritus ad internoscendos eos, in quos sævire debeant, ab iis, quibus parcere & blandiri. Si datum hoc eis fuisset, nulla esset inter feras honoratior. Eadem ratio, quæ Solonem movit, ut de dedendo cane caveret, *v. infr. c.* 1*. n.* 11.

quidni

quidni movere potuerit Decemviros? (4) Quos†quidem in 25.
eodem capite de pauperie & pastu disposuisse conjectura est.
Sed esto! non ideò est absurdum, alia animalia in articulo de
pastu, alia in articulo de pauperie fuisse nominata; suffragan-
tibus etiam actionum harum nominibus: *v, infra d. c.14.n.5.*
Actio enim de pastu dicitur actio de pastu PECORIS, a-
ctio autem de pauperie actio si QVADRUPES pauperiem
fecisse dicatur. Concludimus, actionem de pauperie dire-
ctam competere etiam de damnis à cane datis, *P. Jacob. Aure-
lian. in pract. tit. 149. n. 18.* in genere de damnis à quovis ani-
mali domestico quadrupede datis. Enimverò†notabis, qua- 26.
drupedum tria esse genera: *l. lege Aquiliâ. 2. §. fin. D. ad L. A-
quil.* (non tantùm duo, ut habent Köppen *lib. 2. obs. 78. n. 3.*
& Joachimus Schultz/*in Synops. Jur. civil. volum. 2. notab. 40.
p 165.* quadrupedem dividentes in bestiam & pecudem.) u-
num ferarum bestiarum, ut sunt, leones, ursi, apri; alterum a-
nimalium domesticorum, ut feles, canes, (quos neq; feras
neq; pecudes esse probat Glossa *ad pr. verb. contra naturam.
J. hic.* & Paulus de Castro *ad l. 1. pr. n. 2. & ad l. 2. n. 1. D. h. t.*)
tertium pecudum, quæ gregatim pascuntur, *§. 1. J. de L. Aquil.*
scilicet sub imperio pastoris. *Hunnius ad Treutl. vol. 1. disp. 19.
b. 2. a. p. 1239. confer infr. c. 16. n. 24.* Posset†etiam *ex d. l. 2. §.* 27.
fin. addi quartum genus quadrupedum quasi mixtarum, ut
elefantorum & camelorum; nam & jumentorum operam
præstant, & natura eorum fera est: sed quia per mansuefacti-
onem feritatem istam quasi deposuerunt, pecudibus annu-
merantur. *arg. d. l. 2. §. fin. ibi: primo capite contineri, junct. §.
1. J. de L. Aquil.* Quodsi† bimembrem malis divisionem, ani- 28.
mantes in cicures & feras poteris dividere cum Aristotele. *in
histor. animal lib. 1. c. 1. p. m. 829.* qui *ibidem* alias perpetuò esse
cicures observavit, ut mulum alias perpetuò feras ut panthe-
ram, lupum, nonnullas facilè posse mansuescere, ut elefantos.

His

29. His† ita præcognitis in hôc quinto requisito pro pecude
substituemus animal cicur sive mansuetum. Quâ de re sua-
viter iterum cum Justiniano colloquitur Accursius. *in gloss.*
ad pr. verb. animalium J. hic. Fingit se quæsivisse à Domino
Justiniano: Domine, pro Deo dicatis mihi, utrum hæc actio
locum habeat in omnibus animantibus, quæ ratione carent?
& respondisse Justinianum: Frater, hæc actio locum habet in
omnibus animantibus, quæ ratione carent, dummodò con-
tra naturam sui generis & consuetudinem moveantur & ali-
30. cui damnum dederint. Hæc Accursius. Ideoq;† ubi genita-
lis est feritas, (seu, ut Pacius legere mavult ubi generi talis est
feritas) ibi hæc actio cessat. *pr. J. h. t.* In bestiis, ait Ulpianus
l. 1. §. 10. D. h. t. propter naturalem feritatem hæc actio ces-
sat, seu, ut Basilicæ *lib. 60. tit. 2.* eum textum reddunt, in natu-
râ feris non agitur.
31. Bestiarum† appellatione feræ tantùm continentur.
arg. l. 1. §. removet. 6. D. de postul. Frideric. Prukmann. de Re-
galib. par. 1. §. venatio. c. 2. n. 14. imò cum feram dicimus, ple-
rumq; subintelligimus bestiam, planius autem locuturi fe-
ram bestiam dicimus conjunctim. *§. feræ igitur. 12. J. de rer.*
divis. non curantes distinctionem illam, quam pulchrè sibi
excogitavit Hotoman. *epitomat. ad Pandect. h. t. n. 6. 8.* inter
bestias & feras, quasi illæ sint in libertate naturali, hæ captæ
aut alligatæ etiam contra liqui dissimos extus, qui etiam
liberas appellant feras, *l. 8. §. fin. fam. hercisc. l. naturalem 5.*
§. gallinarum. 6. & seq. D. de adquir. rer. dom. l. possideri 3. §.
item feras. 14. D. de adquir. poss. & contrà captas bestias, ut
cum ad bestias damnari jubent, aut dari ad bestias, aut bestiis
32. subjici. Bestias, à vastando deducit Lucas de Pennâ; *ad l. un.*
33. *C. de venat. ferar. fol. 168. col. 4.* feras † à ferendo, quòd toto
corpore ferantur, vel quòd naturali utantur libertate & desi-
derio suo ferantur. Rectius Mornacius, *ad l. 1. §. in bestiis. D.*
si

l. si quadr. pauper. emendari, inquit, potest, quod scribunt quidam Grammatici, feras dici, quod sine ratione ferantur. deductum enim est verbum à Græco φὴρ, quod Æoles dicunt pro θὴρ. Sub† eo nomine ferarum) animalia tantùm nocentia venire putat Georgius Mor. *de venat. par. 1. c. 1. n. 19.* 34.
fera animalia definiuntur in Glossâ Weichbild. *art. 121. n. 5.* & Landr. *lib. 2. art. 40. n. 4.* Die Thier seynd wilder Natur/ die man nicht vor einen Hirten treiben mag/ oder ihr gehüten. Secundum quam definitionem etiam canes & similia animalia domestica pro feris essent habenda; è contrario ex sententiâ Georgii Mori lepores & similes bestiæ imbelles pro animalibus non feris. An† ergo dicemus, feras bestias esse animalia 35.
terrestria, quæ à consuetudine hominum abhorrent? Terrestria,† inquam, animalia: quia bestiæ opponuntur volucribus & piscibus. *d. § feræ igitur. 12. J. de rer. divis.* quamvis Cicero generalius usurpaverit. *v. Georg. Mor. d. l. n. 20.* Feritas† autem etiam avibus rectè tribuitur & piscibus, & animalibus 36. 37.
aliis imperfectis, ut apibus. *ita intellige d. §. 12. junct. §. apum 14. & §. seq. J. de rer. divis.* ut† proinde, si & ab his damnum aliquod passus te contingat, non magis ob genitalem nocentis 38.
feritatem actio detur de pauperie, quàm si à bestiâ damnum fuisses passus. *arg. d. l. 1. §. 10. ibi: propter naturalem feritatem. & d. pr. ibi: ubi est genitalis feritas. J. si quadr. pauper.* Quod nota contra Wesenbecium, *proœm. n. 4. J. hic.* qui actioni de pauperie locum facit etiam in damno à piscibus vel reptilibus dato. Sed cum vix existat casus damni à piscibus & reptilibus, aliisq; feris animalibus non-bestiis dati citra pastum & comestionem & citra culpam hominis, (hæc enim omnia & adhuc plura ad actionem de pauperie requiruntur) operam fortè lusurus est, qui illam quæstionem de actione de pauperie ex damnis piscium & reptilium dandâ anxiè voluerit & operosè disputare.

39\. Magis † est, ut de bestiis dispiciamus, utrùm obtineri possit, quam *suprà n. 30.* proposuimus, sententia, ex earum damnis nullam de pauperie actionem dari. Legibus id optimè convenire, *d. n. 30.* jam ostendimus. Neq; legis deficit ratio, si consideres, pauperiem ad exemplum damni injuriâ dati producere actionem, & ergò necesse esse, ut in animali bruto aliqua culpæ sive delicti habeatur figura, *arg. l. si ex plagis. 52. §. in clivo. 2. vers. quod si neq; ibi: in causâ essent. D. ad L. Aquil.* seu ut factum bruti sit tale, quale, si ab homine esset perpetratum, culpam implicaret. Atqui quod animal fecit secundum naturam sui generis, omni culpâ videtur vacare. Vitium enim naturale, inquit Baldus, *ad l. quæ fortuitis. 5. n. 69. C. de pignor. act.* non est culpa, sed natura. Et dicit S. Thomas, quòd vulpi dolus non imputatur ad vitium, quia natura ejus talis est. Redargueretur itaq; natura, si feritas naturalis hanc actionem promeret. *Mornac. ad l. 1. §. in bestiis. D. si quadr. paupér.* Aliam rationem habet Zoesius: *n. 4. D. si quadr. pauper.* ideò nempè de facto feræ bestiæ actionem non dari, quòd unusquisque præsciat ejus naturam, atque sibi ideo imputare debeat, quòd ab eâ sibi non caverit. Quam tamen rationem, quia universalis non est, nec omnibus potest accommodari factis, non faciemus nostram. Manifestior peti potest ex L. fluminum. 24. §. sed ut. 2. D. de damn. inf. & ex his quæ inde *supra n. 6.* circà res inanimatas retulimus. Si enim damnum, quod ex vitio rei naturali timetur, cautioni de damno infecto exigendæ locum non facit, nec illatum stipulationem interpositam facit committi, quid est, quod imputari possit animalibus nocentibus secundùm sui generis naturam?

40 Quæ † quidem argumenta etiam persuadent mihi, de facto bestiæ ne quidem utilem dari de pauperie actionem, nisi fortè excipias animalia, quæ, licet fera sint, non tamen ferociunt, neq; secundum naturam sui generis nocere solent.

In

In quâ exceptione concedendâ non erimus difficiles. *confer Brederod. ad Inst. h. t.* Alias rectè Salicetus *ad l. fin. n. 2. C. de L. Aquil.* ad actionem de pauperie etiam utilem requirit, ut animal contra naturam generis noceat. Quod agnovisse etiam videtur Cynus, *ad d. l fin. n. 2.* de damno à bestiis dato ex æquitate tantum tribuens actionem in factum. Dissentiunt† 41.
variè: quidam simpliciter ex facto bestiæ concedunt actionem de pauperie. *Hunnius ad Treutl. de L. Aquil. θ. 3. p. 242. Giphan. ad § cæterum. verb. præter has. J. h. t. Hotom. Epitomat. ad Pandect. h. t. n. 6.* Quidam utilem tantùm volunt. *Rofred. Beneven. de ord. judic. par. 4. tit. de act. de pauper. n. 3. P. Jacob. Aurelian. in pract. libell. rubr. 14. n. 5, 18. Pacius in anal. f. Instit. §. hæc autem. J. hic. Schnob. l. ad D. disp. 7. θ. 2. Dn Han. ad Wesenbec. hic. n. 3. & Bachov. (sui valdè immemor. v. infra n. 64.) ibid. n. 4. Schotan. in Exam. jurid. h. t. p. 303 Vigel. in Digest. lib. 47. c. 1. artic. 2. except. 4. Wesenbec. Schneidw. Vultej. Wolfius, Azo, Harprecht, Baldus, Hotoman. in commentar. ad Inst. hic. Glossa ad l 1. §. 4. & 10. D. hic Oldendorp class. 6. act. 13. p. 988. Vultej in Jurisprud. Rom. lib. 1 c 51. p. 285. Pac ad l 1 §. in bestiis. verb. desinit. Paul. de Castro ad l. 1. pr. n. 1. D. h. t.* Et ex his quidam utilem de pauperie actionem etiam tùm tribuunt, cum fera bestia domini culpâ nocuit. *Rofred. & Azo dd. locis.* imò hoc ipsum requirit Meierus. *Collcg. Argent. h. t. §. 7.* Adducunt † textus (1) ex l. 1. §. quæ actio. 2. ibi: ad omnes quadrupe- 42.
des. (2) §. sed etsi. 6. ibi: fera. §. & generaliter 7. ibi: fera. (3) l. hæc actio. 2. § 1. (4) l. pen. ibi: sed aliud animal. (5) § si quadrup. pauper. (5) §. fin. J. eod. nostræ etiam sententiæ opponunt, (6) quod etiam feræ bestiæ habeant æstimationem. *Ita Bachov.* (7) quòd in genitali feritate tum demum esse videantur bestiæ, cum adhuc liberè vagantur, non item, cùm à domino sunt occupatæ. *Ita Hunnius adde Connan. in commentar. lib. 3. c. 3. n. 2.* quo casu bestiarum etiam nomen amittunt, *Hotom. epito-*

mat. ad Pand. h. t. n. 6. §. 14. (8) quòd ratio actionis de pauperie cessantis, quæ redditur in l 1, §. in bestiis. 10. vers & ideo D. & pr. vers. deniq; J. hic. tantùm pertineat ad feras in libertatem
43. naturalem se recipientes. Ad quæ† antequam respondeamus, casus volumus distingui: Aut enim fera bestia nocuit in fugâ vel post fugam, aut in custodiâ. Priori casu actionem de pauperie non obtinere, omnes consentiunt *per d. l.* 1, §. 10. D. *pr. J. hic* cum enim bestia recipiendo se in libertatem naturalem dominio simul detentoris sui excedat, deficit, qui hâc actione
44. conveniatur, Reus. Imò† etiamsi receperit iste prior dominus eandem bestiam, attamen actionem de pauperie noxalem adversus eum non restitui contendit glossa *ad pr. verb. solitus* & Angelus Aretinus; *n 3. J. hic. (quem sequitur Meierus Colleg. Argentorat. h. tit* §. 7.) ratione licet valdè incongruâ, quam Angelus legi 58. §. fin. vers. si alienum. D. de solut. extorquet. ut rectiùs præsuppositâ equidem istâ sententiâ, quæ ex factis bestiarum actionem de pauperie dari vult, ab allegatis Angelo & glosâ dissentiant Wesenbecius *pr. n.* 5. & Schneidevvin. *n. 6. J. hic* quoniam actiones noxales adeo seqvuntur caput, ut, quemadmodum ipso ad libertatem perveniente extinguuntur, ita eodem in servitutem redacto reviviscant.
45. *arg.* §. *omnis autem* 5. *J. de noxal. act.* Quod si† bestia propter negligentem domini custodiam eruerit & ita nocuerit, actio legis Aquiliæ habebit locum, *l.* 1. §. *sed et si.* 5 *D. si quadr. pauper. junct.* § *impetu.* 3. *J. de L. Aquil. Dn. Struv. in Exercit. ad Pand. Exerc.* 12. §. 2. aut, casu id patiente, etiam Edilitia. *Wesenbec. ad* § 1. (*aliàs pr.*) *n* 3. *J. hic.*
46. Posteriori casu iterùm videndum, utrùm Domino aliqua possit imputari culpa, an verò is omnis culpæ sit expers? Ibi tenebitur dominus, *c. fin X. de injur.* fortè si custodia nimis fuerit laxa, aut si bestia in loco, ubi publicus est accessus, vel ubi se patitur conveniri dominus, habeatur. *confer . item si putator.*

tator.5.J.l si putator.31.D.ad L. Aquil. Tenebitur autem iterum actione Legis Aquiliæ, vel, prout contigerit casus, etiam ex Ædilitio Edicto, non item actione de pauperie, ut benè monet Terminéus, *de process. c. 192. n. 3. 4. 6.* addens, quòd, si in tali casu instituatur actio de pauperie, petitio possit elidi, & libellus rejici tanquàm ineptus, (quamvis id parum sit profuturum Reo, duriori mox conveniendo actione) nisi sine denominatione actionis post facti narrationem clausula salutaris consueta libello fuerit adjecta, quam clausulam idem 48. Terminéus exponit: *c. 1. n. 7.* Da man auff die narrata bittet zu erkennen / nicht allein wie gebethen / sondern auch wie nach den Umbständen am füglichsten hette gebeten werden können.

At † si nulla domino bestiæ possit imputari culpa, an 49. tum ipse actione de pauperie possit conveniri, id scilicet est potissimùm, quòd inter nos & dissentientes controvertitur, quodvè illorum pleriq; affirmant, & nos negamus. Videamus modo dissentientium argumenta. (1) textus † in l.1.§.2. 50. D.si quadr. pauper. salvâ exceptione est intelligendus, quæ statim in § 10. ejusdem legis subsequitur; aut explicandus est ex pr. vers. hæc autem. J. h. t. de quadrupedibus, quæ contra sui generis naturam moventur Hoc vult Ulpianus: non esse distinguendum, ut in L. Aquilia, inter quadrupedem pecudem & cæteras quadrupedes domesticas. *v. supra n. 18.* (2) In † 51. l.1. §. 6. & 7. D. eod. feram latius sumi pro animali bruto, & secundum hæc etiam de pecudibus prædicari & jumentis, verba CONTRA NATURAM in d. §. 7. præmissa & subjectum de equo exemplum liquido probant. (3) Lex † 2. §. 1. D.h. t. de 52. cane loquitur, qui, utut ferox fortè sit, fera tn bestia non est. *v. supr. n. 26* (4) In † l. pen. D. eod. non intelligitur animal, 53. quod mansueto opponitur, sed quod quadrupedi. *v. supr n. 15.* (5) Actio † de pauperie concurrit cum Æditilitiâ, si canis nocuerit, non, si bestia. Quod enim Imperator *in §. fin. J. h. t.* dicit, 54.

præter Ædilitias actiones etiam competere de pauperie, intelligendum est in terminis habilibus, ubi actio de pauperie etiam ante Ædilitium Edictum competebat. *confer gloss. ad l. 1. §. 10. D. eod.* Hoc cumprimis intendit Imperator, actionem de pauperie non esse sublatam per Ædilitium, *v. d. § fin. vers. nunquam enim.* non autem, per Ædilitium Edictum eam ul-
55. tra limites suos fuisse extensam. *idem infr. c. 2.* (6) Quid ex æstimatione ferarum colligere velit Bachovius, non satis perspicio, cum & res inanimatæ suam habeant æstimationem, & homines servi, neq; tamen in actionem de pauperie veniant; quin non ideò de bestiarum factis competere negamus, quòd nulla bestiarum sit æstimatio, sed quod secundum sui
56. generis noceant naturam. (7) Genitalis feritas opponitur feritati contra naturam commotæ, *princ. J. si quadr. paup.* quam fera bestia non amittit captivitate, licet amittat libertatem. diversissima sunt feritas & libertas. omnis ea feritas genitalis est & naturalis quâ secundum sui generis naturam nocet animal. at captus ursus aut leo cum nocet, secundum sui generis naturam adhuc nocet. *cætera vide supr. n. 31.* (8) Ra-
57. tionem actionis de pauperie cessantis, quæ redditur in d. pr. J. h. t. & l. 1 § 10. concedo non esse adæquatam, non pertinere ad omnes bestias, sed tantùm ad eas, quæ se in libertatem receperunt. Nec ad alias pertinere necesse erat, cum nullum aliud animal in quæstione ibi versetur, quàm quod effugit. sufficiebat ergò ista ratio, velut præjudicialis dominii, adeoq; Rei, defectu petita ad conclusionem in eâ specie negativam inferendam. Interim nihil impedit, eandem conclusionem ex aliâ insuper ratione inferri, puta quòd nocens sit fera bestia. Quæ etiam fortè mens fuit JCti in d. l. 1 §. 10. referre se primùm ad rationem præcedentem generalem, ejus specialem postea subjungere. Inquit: ET IDEO repetens ex præcedenti versiculo quia in bestiis propter naturalem fe-

feritatem actio de pauperie locum non habet) SI URSUS FUGIT, ET SIC NOCUIT, NON POTEST QVONDAM DOMINUS CONVENIRI. (sequitur ratio specialis) QVIA DESINIT DOMINUS ESSE. Posset etiam dici, JCtum & Imperatorem in vers. quia. non tam reddere rationem actionis de pauperie in isto casu non dandæ, quàm illorum verborum QVONDAM DOMINI quemadmodum, idem Impetator in pr. vers. quemadmodum. J. de ingen. in verbis QVONIAM VULGO CONCEPTUS EST, non reddit rationem, quare ingenuus sit, qui ex liberâ matre & patre incerto natus est sed quare pater iste dicatur incertus? 58.

De Jure Saxonico videtur actio de pauperie etiam ad damna à feris bestiis data ampliari *per text.* Landr. *lib. 2 art. 40. pr. ibi:* Beer. *& ibi:* welcherley Thier es sey. *&* Landr. *lib. 2. art. 61. pr. (cum quo concordat* Weichb. *art. 121.)* Sed verior est etiam de hoc jure contraria sententia. Beer † enim *in d. art. 40.* non significat ursum, sed suem domesticum. secundùm quod etiam aper in latino textu explicandus est, *confer* Landr. *lib. 3. art. 11.* den vollwachsen Beer / das ist / den saubeeren / *& glos.* Landr. *d. lib. 2. art. 40. n. 4.* Beer oder Eberschwein und Ochsen seynd von Natur nicht schädlich. Verba † welcherley Thier non comprehendunt animalia à præcedentibus exemplis toto genere diversa, sed tum ex præcedentibus istis verbis, tùm ex sequenti vocabulo Vieh, tum in dubio secundùm communem JCtorum regulam ex ipso jure civili sunt explicanda. Alter textus Landr. *lib. 2. art. 61.* ad actionem Ædilitiam pertinet. *v. infr. c. 19. n. 17.* 59. 60. 61. 62.

Quid vero de bestiis cicuratis sive mansuefactis? Sanè cicuratio facit, ne inter feras bestias habeantur amplius. Feras bestias definit Vinnius, *ad Treutl. de L. Aquil. §. 3. p. 1242.* quòd sint, quæ naturalem feritatem retineant. Sed & bestias, ait Ulpianus *in l. 1. remove t. 6. D. de postul.* accipere debemus 63.

magis

magis ex feritate, quàm ex animalis genere. nam quid si leo
64. sit, sed mansuetus, vel alia dentata mansueta? Bachovius tamen *ad Wesendec n.2. D. si quadr. pauper.* (*sibi paulò post contradicens v. supr. n.41.*) inter requisita tam utilis quàm directæ actionis recenset, ut animal suâ naturâ sit mansuetum. Rectiùs prælaudatus Dn. Struv. *Exerc. 12. th. 3.* ob factum bestiæ cicura-
65. tæ tribuit actionem de pauperie utilem. ubi tamen applicari fortè posset distinctio inter bestias, quæ facilè mansuescunt, ut elefanti, & eas, quæ difficulter, ut lupi; vel inter eas, quæ feritatem quasi exuunt, atq; ideò mixti generis esse dicuntur, & eas, quæ non tàm exuunt, quàm moribus, ad quos sunt adsuefactæ, mansuetis obtegunt, ad genitalem suam, ut ita loquar, improbitatem facilè rediture. *cofer. supr. n.27.28* Illæ locum facient actioni de pauperie utili: Hæ vero, utut cicuratæ, aliarum tamen ferarum jure debent censeri. ideoq; si nocuerint, licet actio de pauperie cesset, dabitur tamen, si ob negle-
66 ctum custodiæ nocuerint, actio legis Aquiliæ. Quia enim circa has semper periculum est & metus, ne denuò efferentur, in vinculis & claustris non minùs debent haberi, quàm cæteræ manifestâ adhuc feritate sævientes. *v. infr. c.19 n.19.*

67. Quid de damno a bestiis, quæ ex consuetudine abire & redire solent, dato? Angelus Aretinus *n.3. J. h. t.* actionem itidem de pauperie utilem competere putat. Distinguimus iterum: aut bestia, quæ nocuit, est simpliciter feri, aut mixti generis: Si mixti actio de pauperie secundum præcedentia (puta, si mansuefacta fuerit) obtinebit: Sin simpliciter feri, sive adhuc ipsa sit fera, sive mansuefacta, subdistinguimus aut nocuit in loco, ubi versari solent bestiæ, ut in sylvis; aut alibi, fortè in viâ, per quam ire solet & redire. Priori casu nulla dabitur actio; non de pauperie, quia fera nocuit aut ad feritatem suam reversa; non Legis Aquiliæ quia nullam culpam committit Dominus, qui bestiam in natali solo, sive eo in loco

co

co esse patitur, ubi esset, si ab ipso recepta nunquam fuisset. Posteriori actio dabitur ex L. Aquiliâ, quatenus in culpâ est, qui bestiam in locum, ubi homines conversantur, dimittit.
Miraberis, † quòd in primâ distinctione bestiam ponimus, 68.
quæ fera sit, & tamen abeundi & redeundi habeat consuetudinem. Id enim absurdum non esse, vel apium & columbarum exemplis demonstro. abire hæ & illæ, & redire solent, & tamen feris annumerantur. *v. §. apum quoq. 14. & seq. J. de rer. divis.*

SEXTUM † REQVISITUM Actionis de pauperie ferè 69.
cum præcedenti coincidit. Requiritur enim, ut pauperies data sit contra naturam facientis *l. 1. §. & generaliter. 7. D. si quadr. pauper. v. supra n. 39. Dissentit Cavalcanus par. 2. decis. 27. n. 58. p. 105. huic actioni locum faciens, sive secundùm sive præter naturam animal nocuerit.* Intellige † non naturam singula 70.
rem Individui nocentis, sed communem speciei sive generis. *Andreas Alferius Consil. 4. n. 8. Rofred. Beneventan. de ordin. judic. par. 4. tit. de action. de pauper. 220. n. 2. p. 256. Accurs. ad pr. verb. contra naturam. J. hic. Suthott. dissert. 18. § 6.* Itaq; † 71.
si equus calcitrosus, aut bos cornu petere solitus (quem pro vitioso habet Paulus *l. bovem. 43. pr. D. de Ædil. edict.*) calce quem percusserit, aut cornu petierit, actio de pauperie nihilominus habebit locum, *pr. vers. ut puta. J. hic* & quidem directa *per d. princ. Dissentit Angel. Aretin. ad §. præterea n. 13. J. de action. hôc casu secundum naturam damnum datum esse existimans, & ideò utilem saltem tribuens actionem.* Canem tamen villæ custodem, si noctu hominem ignotum momorderit, Hotomannus *epitomat. ad D. h. t. n. 15.* scribit nihil contra suam naturam fecisse, & proinde nullam tum huic actioni esse locum. De quo meritò quis dubitaverit, *arg. l. hæc actio. 2. § 1. D. si quadr. pauper.* si modò (posteriorem conclusionem quod attinet) nulla læso possit imputari culpa. *v. infr. n. 88.* Mul-

72. tò magis † actio noxalis competet, si animal damnum dederit quasi contra naturam etiam singularem, ut si eqvus aliàs non calcitrosus calce percusserit, aut bos aliàs non cornupeta cornu petierit. *Paul. de Castro ad l.1.pr.n.1.D.si quadr.pauper. Rofredus d. l. Alferius d.l.n.7. &.10. Glossa ad l.1.§.4.verb.nimiam ferociam D.& ad pr. verb. solitus. J.h.t.* (ubi non excipimus casûs l.1.§.& generaliter.7. vers. at si cum. & l fin. D. si quadr. pauper. quos imprudenter Hotomannus *d. l. n. 6.* refert tanquam exempla secundùm naturam animalis dati. *adde eundem Hotom. in Comment. ad Inst. h. t. sibi planè contradicentem.*)

73. Nec † obstat, quòd pr. J.h.t. dicatur tantùm de eqvo calcitroso & bove cornupetâ : Subintelligi enim ibi vult Rofredus particulam MAXIME. Sed imò quia major est ratio dandæ hujus actionis in bove non cornupetâ, quippe qui magis contra naturam nocere videtur, simpliciùs dicemus, voluisse Imperatorem faciliorem facti speciem ponere, & ubi statim intelligi possit, pecus equidem contra sui generis naturam, interno tamen motu, nocuisse, (id quod, ut statim sequetur, septimum est damni ad hanc actionem pertinentis requisitum) cum bos non-cornupeta vix noceat, nisi extrinsecus irritatus.

74. SEPTIMUM † ergò actionis nostræ requisitum est, ut animal principaliter seipsum commoveat; *ita intell l.1.§ vlg. 4. ibi: commot. à feritate. & §. & generaliter. 7. ibi: fera mota. D. h.t.* seu ut proprio motu *Sexbolt dissert. 5. §. 46.* & spontaneo, *Harprecht pr. n. 6.7. J. hic.* sive spontaneâ feritate damnum

75. dederit *Gothofred. ad d.l. 1.§.7.* fortè per lasciviam, † (i. e. luxuriam aut petulantiam, quæ cumprimis est animalium nondum domitorum lascivire enim, ut loquar cum Hieronymo Messaeg *in gloss. pr. verb. lascivia. J. hic.* est blandè saltare, & hujusmodi juvenilia facere.) pavorem, (*l. si ex plagis. 52. §. in*

76. *clivo. 2. vers. sed simul a. D. ad L. Aquil.*) aut feritatem † (*d. l. 1. §.*

4.

4.D.hic. qualis est in equo calcitroso aut bove cornupeta *pr. J.h.t.* vel etiam, (ut *in d.princip.* Theophilus Paraphrastes, Glossa, Pacius, Hotomannus, & Meierus *in Colleg. Argentorat. h.t.* §.5. pro pavore legere maluerunt fervorem, quod de libidine explicant, additâ explicationis ratione, quia amor calefacit. *glossa ad pr. verb. fervore. J. hic.* Nam † in thesi con- 77.
sentimus, actionem de pauperie concedentes, si nocuerit pecus libidine motum; ut si animal fœminam appetens ostium fregerit, *Angel. ad pr. n. 2. J. hic*, aut mulus vel asinus equam, taurus vaccam cavalcando (sunt verba Cavalcani *par. 2. decis. 27. n. 58. p. 206.*) nocuerit. Inquies: † coitum ab animalibus 78.
naturaliter appeti. *l. 1. §. jus naturale. 3. D. de just. & jure. adde Aristot. Oeconom. lib. 1. c. 3. pr. (p. m. 577.)* quæ autem secundum naturam generis data sunt damna, in hanc actionem non venire. Respondeo, † ut secundum naturam generis damnum 79.
datum esse intelligatur, non sufficere, si motus sit intrinsecus, aut ut ipsa etiam actio, ex quâ damnum profectum est, sit secundum naturam, sed videndum esse, an actio secundùm naturam animalis istius ad damnum inferendum etiam sit ordinata. Itaq; licet motus ad coitum ut habet Angelus, sit naturalis, damni tamen illatio est contra sui generis naturam. *adde Nicol. Bocr. in consuetud. Bituric. tit. 10. §. 7.*

OCTAVUM † Requisitum ex priori infertur, ut casus 80.
fortuitus absit, & vis extrinseca & hominis culpa. Casum † 81.
fortuitum intelligimus per quandam similitudinem ut respectu animalis dicatur secundùm analogiam casûs fortuiti, qui ita dicitur respectu hominis. Ita † de pauperie, quam 82.
animal fecit ob imbecillitatem, nulla actio est *l. si ex plagis. 52. §. in clivo. 2. vers. quo si neq;. D. ad L. Aquil.* cum ea, quæ ex improviso casu accidant, fato imputanda sint, non noxæ; *l. 1. C. ad L. Cornel. de sicar. c. frater vester. 47. dist. 50.* in actione etiam

de pauperie requiratur, ut in animali aliqua sit culpæ figura,
83. *v. supra n.3*. quam casus fortuitus excludit. Idem† est, si animal per morbum nocuerit, ut si eqvus per furorem: morbos enim inter casûs fortuitos referendos esse latè probat Sebastianus Medices. *in tract. de fortuit. cas. par. 2. q. 5. & 6. per l. si cum dotem. 22. §. si maritus 7. vers. quid enim. D. sol. matrim.*
84. Nec† obstat, quòd animal ita morbidum vitiosum esse dicatur, quòdve de damno ab animalibus vitiosis illato, modò vitium non fuerit secundùm naturam, actio de pauperie soleat
85. concedi. Vitium† enim tum intelligendum est malitiæ, & quod culpæ speciem habeat, non vitium infirmitatis, quod, ut expositum jam est, ad casus fortuitos accedit. Sed nec hoc forsitan uspiam dixerimus ad actionem de pauperie sufficere, si animal vitio quodam damnum dederit contra sui generis naturam. quin plura recensuimus requisita, & inter ea etiam spontaneum animalis motum.

86. A† quo quantum distet motus violentus, ex doctrinâ Philosophorum oppidò liquet. Unde cum in clivo Capitolino mulæ duo plostra onusta duxissent & superius plostrum cessim iens posterius ita percussisset, ut mulæ ductrices retrò redierint, & cum plostro puerum quendam obtriverint, cum Domino harum posteriorum mularum agi non posse respondit Alfenus. *d. l. 52 §. 2. D. ad L. Aquil.*

87. Deniq;† culpam hominis abesse oportet, ut actio de pauperie detur. *Az. .n. 2. J. h. t.* Non abest culpa, si concitetur ani-
88. mal vel ab ipso læso vel ab alio. Si† ipse læsus concitaverit, omnis actio cessat. *l. si ex plagis 52 § quidam boves. 3. D. ad L. Aquil. Dn. Carpzov in prax crim. q. ... n. 26. adde infr. c. 10. n. 14.* damnum enim, quod quis suâ culpâ sentit, non videtur sen-
89. tire. *l. quod quis 203 de R. J. l. damnum 86. de R. J. in 6.* Nec† interest, concitator vulneratus tantùm sit an penitus occisus.
90. *Coler. decis. 188. n. 8.* item liber fuerit, an servus. *d. l. 52 §. 3.* Sed† etsi

etsi animal ab animali concitatum concitanti nocuerit, cessat actio, ut si arietes commiserint, & provocatus aggressorem occiderit. *l.1 § cum arietes.11.D.si quadr.pauper. Justinian. in legibus Georg. (quæ habentur in promtuar. Harmenopuli, edito à Dionys. Gothofredo) tit. 6. §. 7. Panormitan. ad c.1.n.3.X. de injur. Francisc. Cosc ad c. cognoscentes. n. 17. X. de constit.* undè colligunt, etiam animalibus licere se defendere, *Cavalcan. par. 2. decis. 27.n.58.* Quod si † dubium fuerit, uter arietum fuerit 91. aggressor, neuter Dominus, propter impossibilitatem probationis actori incumbentis, (non, ut vult Busius, *ad l. 1. §. arietes.n. .D. si quadr. pauper.* propter præsumtionem damni fatalis) agere poterit aut agendo vincere *arg. l. scientiam.45. §. cum stramenta. 3. D. ad L. Aquil. Vitalin. de malefic. lib. 4.c. 13. p. 492. Gœdd par.1. disput.17.th.3.lit.c. Cavalcan. d.l. Ludovicus Alferius in addit. ad Andr. Alfer. consil.4. lit. b. Speculat. lib. 4. part. 4. tit. de injur. & damn dat. §. 1. n. 13. Rofred. Beneventan. de ord. jud. part. 4. tit. de actione de pauper. 220. n. 6 gloss ad l. 1. § 11. vers. sibi. D h.t. Meier. Colleg. Argent. h. t. §. 5.*

Quæritur † hôc locô, qualis culpa attendenda sit in læso ad excludendam actionem de pauperie? Et culpam quidem levissimam non nocere læso existimat Vigelius; *Digestor lib. 47. c. 1. artic. 2. exc. 2.* exemplo ejus, qui cum permulceret eqvum vel palparetur, vel, ut Græci teste Contio in textu addunt, strigilaret, ab eo calce est petitus; *l. 1. §. & generaliter. 7. inf. D. si quadr. pauper.* item exemplo agasonis eqvum in tabernam ducentis, & à mulâ, quam olfecerat eqvus, percussi. *l. fin. D. eod.* Cui † tamen opinioni obstat, quod in l. hæc actio 2. §. . D. h. t habetur de eo, qui ut Magistratum evitaret, in tabernam se immisit & à cane ibi ligato læsus est. Culpa equidem aliqua est, non satis circumspexisse & cavisse sibi, cum communiter canes custodiendæ tabernæ causâ olim habere consueverint: *Zoes. n. 6. D. h. t. ad de Breuero ... ad Inst. h. t.* 92. 93.

p.495. levissima tamen est, si consideres subitaneum evitandi
94. Magistratûs occursum, cui † de viâ non cedere capitale etiam erat, eamq; ob rem Veturius, quòd Tribuno plebis non cessisset, ultimo fuit affectus supplicio. *v. Mornac. ad d. l. 2. §. 1. verb. magistratum forte.* ut ergò Magistratum conspicienti atq; ideo declinanti de viâ vix licuerit esse ita provido aut sollicito de cane in tabernâ latente; utut fortè pro ipsâ etiam tabernâ, quod Veteres solebant facere, fuerit inscriptum CAVE CA-
95. NEM. Accedit, † quod adversus eum, qui damnum dedit per culpam levissimam, actio competat ex L. Aquiliâ. *l. in lege. 44 pr. D. ad L. Aquil.* quomodò ergo si eâdem culpâ quis sibi ipsi damnum conciliet, actione aliquâ juvabitur? *l. sive hereditaria. 22. D. de negot. gest. confer Dn. Franzk in commentar. ad D. de*
96. *gest. tit. si quadr. pauper. n. 5.* Abimus † itaq; ad dissentientium partes, huic actioni culpam etiam levissimam præjudica-
97. re censentes. Ad † oppositos textus in genere respondemus, non quodvis factum culpam esse. culpa est, ubi quædam im-
98. prudentia est, ubi quid non jure fit. atq; † secundum hæc Glossa *ad l. 1. §. 7. verb. permulsisset. D. h. t. à Mornacio ad eundem locum approbata* in casu istius textûs nullam agnoscit culpam. *adde P. Jac. Aurelian. in pract. libell. rubr. 149. n. 6. ubi casum habet de eo, qui palpavit mulum suaviter in costis. atq; sic palpare in loco solito dicit non esse commovere. modò mulus alias non fuerit solitus ob palpationem recalcitrare, & modò vitium hoc ignoraverit, qui palpavit. & n. 1. aliud exemplum, sed obscœnum, recitat de muliere mingente, si ex illo sono irritetur canis, & quem mordeat.* Quod maximè verum est, si is permulserit eqvum aut strigilaverit,
99. cujus curæ eqvus erat commissus. Multo † minus agaso in tabernam diversoriam deducens eqvum culpæ alicujus reus est. quoniam tabernæ istæ ideò habentur, ut in eas deducantur equi. mulam vero ibi, eamq; ab equo olfaciendam, deinde impatientem equorum, & ideo calcem rejecturam, ne quidem emunctissimæ naris agaso præsagire erit. Ter-

Tertii † cujusdam (non ipsius læsi) culpâ si animal nocuerit, actio de pauperie adversus dominum animalis itidem cessat. *l.1.§. itaq;.4.& tribus seqq.D.si quadr. pauper.l.si ex plagis. 52.§.in clivo.2.& §.seq.D.ad L.Aquil.v.Thom.Grammatic. Consil. civil.139.n.3.* Quâ † tamen exceptione parùm sibi consulturum esse Reum censet Terminéus, *de process. c. 191. n. 7.* cum statim ex L.Aquiliâ conventus ab actore gravius passurus sit dispendium. Nos, † ut totam rem explicemus, dupliciter distinguimus: primùm aut animal nocuit culpâ ipsius domini, aut culpâ alterius prorsùs extranei: secundò aut animal vitio simul nocuit proprio, aut tantùm nocuit culpâ hominis. Quatuor inde resultant casus: (1) Si † animal nocuit culpâ alicujus extranei, ita ut non simul nocuerit culpâ propriâ, penitus cessat actio de pauperie, & tantùm dabitur actio ex L. Aquiliâ in duplum, *Harmenopul.lib.6.tit.1.§.3.* quod de casu inficiationis intelligo,) contra eum, qui commisit culpam. Quo † casu non video, quomodò domino convento exceptio de pauperie culposâ non sit futura utilis, cum excipiens omnem actionem exceptione istâ sit declinaturus, actore ad actionem Legis Aquiliæ adversus illum extraneum remittendo. ita loqvuntur textus suprà allegati. adde Dn Han. *in not.ad W esenbec.n 4.D.hic.* & præjudicium ibi Helmstadiense in casu bovis à pueris irritati, mulierem vulnerantis, ubi non dominus bovis, sed pueri condemnantur, aut eorum Parentes. puto, † qui pueros defenderunt; alias enim Parentes ex delictis liberorum non tenentur, *§.fin.J.l.noxali judicio.33. & seq. D.de noxal.act.* nisi ex consuetudine singulari, *c.fin.X.de delict.pueror.* aut nisi post condemnationem filiorum conveniantur actione rei judicatæ de peculio. *l. etsi condemnatus. 35. D.de noxal. act.* 100. 101. 102. 103. 104. 105.

(2) At † si animal citra vitium proprium ex solâ domini culpâ nocuerit, actio quidem de pauperie cessabit (deficit 106.

enim requisitum præcedens septimum) sed tum Reus idem graviori lite pulsabitur, ut eo casu credamus Termineo

107. (3) Quodsi † animal nocuerit culpâ simul alicujus extranei & vitio proprio, adhuc jure civili actio de pauperie cessat. *text. expressus in l. 1. §. si à cisi canis. 5. D. si quadr. pauper.* Jure

108. tn. Saxonico dominus animalis tenebitur de pauperie in subsidium, si culpæ reus effugerit aut non fuerit solvendo. Landr. *lib. 3 art. 49.* welch Hund zu Felde geht / den sol man an Banden halten / durch daß er niemand schade. Thut er aber Schaden / den sol der gelten dem der Hund folget zu Felde / oder sein Herr ob er selber / der ihn führet / des nicht gelten mag. (si non sit solvendo, ut textus Latinus habet) & Landr. *lib. 2. art. 40.* wird aber er frey (qui culpam commisit) abtrünnig / und werden des Mannes Ochsen Pferd oder Wagen verkümmert in der handhafften That, hoc requisitum, ut animal arestetur, non puto præ-

109. cisè necessarium ad fundandam actionem de pauperie, ex d. Landr. *l. b. 3. art. 49.* sed hæc verba junctis sequentibus, ubi particula ET und pro AUT posita videtur, alternativa esse; aut hoc requisitum restringendum esse ad animalia, quæ arestari possunt, und mag man den Schaden bezeugen / der Mann muß ihn gelten / des das Vieh ist oder der Wagen / ob er es nicht entreden kan. Quæ † verba ultima in latino textu ita expri-

110 muntur, si non poterit per jus se eximere & rectè explicantur in gloss. *lat. ad text. Germ lit. K.* si non ostenderit dominus, citra suorum jumentorum culpam damnum evenisse. tunc enim nullatenus tenebitur. Illud † etiam notandum, quod,

111 licet textus inspecto verborum ordine fugam aresto præponat, non tamen ita sit intelligendus, quasi arestari aliter non possint animalia, quàm post fugam famuli culposi: quomodo enim in præsenti & manifesto facto (quod requirit textus) possent arestari? sed ergo statim arestari possunt ob metum fugæ, ne, dum ea expectatur, factum desinat esse præsens

(4) De-

(4) Deniq; † si animal noceat culpâ simul domini & vi- 112.
tio proprio, concurrere existimo actionem L. Aquiliæ & quadrupedariam; *arg l si servus. 2. §. 1. l. in delictis. 4. §. cum Dominus. 2. D. de noxal. act. junct. l. in lege. 44. §. 1. D. ad L. Aquil. confer c. 16. n. 64.* quæ tum est in solidum. *v. c. 1. n 2. & seqq.*) Dissentit † Hunnius, *ad Treutl. de L. Aquil. th. 2. lit. e.* qui actionem de 113.
pauperie cum actione L. Aquiliæ nunquam dicit concurrere, eâ ratione persuasus, quod actio L. Aquiliæ damnum injuriâ datum persequatur, actio de pauperie damnum sine injuriâ. Quæ † quidem ratio si quid obtinere posset, hoc saltem obti- 114.
neret, quod prædictæ actiones non possint concurrere cumulative, item quòd in eodem libello non possint jungi. quod ipsum etiam nos largimur, & concursum earum concedimus esse electivum. *per d. l. 4. §. 2. de noxal. act.* Sed † quis non vi- 115.
det, non pugnare intentiones hasce actoris, si dicat, damnum, quatenus domini culpâ datum est, injuriâ sibi esse datum (à domino) quatenus ab animali est profectum, datum esse (ab animali) sine injuriâ. secundum diversa, quod Logici nôrunt, nulla est contradictio.

Objicies † contra decisionem casus tertii, 1) quòd actio- 116.
ni de pauperie utiq; locus sit, si animal damnum dederit pavore, *supra n 75.* (2) aut dolo alterius, *l. & eleganter. 7. §. si quadrupes. 6. D. de dolo malo.* qui tamen culpam ipse continet, & æquè aut multò magis in actionem etiam Legis Aquiliæ venit, quàm culpa simplex. *l. illud quæsitum. 32. D. § illud palam. 14. J. de lege Aquil.* Enimverò † pavor ille non est metus vi quâpi- 117.
am extrinsecâ illatus *ut l. si servo. 27. §. si quis servum. 34 D ad L. Aquil.* sed trepidatio ex timore, quem animal sine causâ concepit, & quasi incussit sibi ipsi occasione potiùs quàm culpâ alicujus objecti. (2) distinguunt † Glossa *ad d. l. 7. §. 6.* Antoni- 118.
us Faber *in rational. ad eandem legem* & Paulus de Castro *ad. l. 1. pr. n. 2. D. si quadr. pauper.* inter culpam vel dolum in omit-

tendo & in committendo consistentem: ibi actionem L. Aquiliæ non competere, sed tantùm actionem doli; tàm ei, qui damnum est passus, si dominus animalis non sit solvendo, (labitur n. Paulus, dum citato loco actionem de pauperie hoc casu scribit esse subsidiariã, cum scribere debuisset actionem de dolo) quàm Domino animalis, si actione de pauperie conventus quid præstiterit. textum ergò d. l. 7. §. 6. de dolo. intel-
119. ligendum esse de dolo, qui omittendo fuerit commissus. Est verò distinctio parùm tuta videtur, & ad minimum ob culpam in omittendo actio utilis concedenda: *Busius ad l. si servus. 27. D. ad L. Aquil.* nam & muliones ex L. Aquiliâ tenentur, qui cum conversum plostrum sublevâssent, postea se subduxerant; *l. si ex plagis. 52. §. in clivo. 2. vers. nam si muliones. D. ad L. Aquil.* & fornacarius, qui ad fornacem, quam custodire debebat, obdormiverat; *l. si servus. 27. §. si fornacarius. 9. D. ad L. Aquil.* & nautæ, in quorum potestate fuit, ne damnum accideret. *L. quemadmodum. 29. §. si navis. 2. D. ad L. Aquil.* dominus item, qui, cum potuisset servum damnum facientem prohibere, id non fecerat; *l. in lege. 44. §. 1. D ad L. Aquil.* & medicus, qui sectione factâ dereliquerat curationem; *§. præterea si medicus. 6. J. de L. Aquil.* & dominus feræ bestiæ, qui ejus custodiam neglexerat. *v. supra. n. 46. 47. adde plura exempla infra n. 130. 131. & c. 6. n. 21. & c. 12. n. 16. 17.* Atqui hi omnes omittendo delin-
120. qvunt. Possit † quis quibusdam dubiis occurrere, distinguendo inter omissionem facti jam cœpti, atq; idcircò complendi sive perficiendi, (intermissionem appellaveris strictiùs) & omissionem adhuc faciendi; item inter omissionem ejus, quod præcipitur, & ejus, quod per se est indifferens, licet in ista specie fieri debuerit; item utrum agens proximum ab omittente dependeat, an prorsus sit extraneum? ut prioribus casibus culpa omittendo peccans incidat in L. Aquiliam, posterioribus non item. Sed cum omnes istæ distinctiones al-

altiorem indaginem requirant, & valde ſint operoſæ, hanc controverſiam hac vice non expediemus. Sufficiet† interim, 121. dari aliquam culpam in omittendo, quæ non veniat in actionem L. Aquiliæ, *fac. l. ſi cujus rei. 13. §. de præteritis. 2. D. de uſufr.* & proinde formare queat caſum d. l. 7. §. 6 Ita † enim eum 122. ponit Bartolus *in d. l. 7. §. 6.* in duobus equis, qui ſe (ſunt verba Bartoli.) ſimul non compatiebantur, & equitaſſe ſe medium inter duos equitantes in illis equis, cumq; eſſent in veloci itinere, ſe ſtetiſſe firmum, illos præceſsiſſe & ſe percuſsiſſe. Et hoc ipſum fortè vult Cujacius *ad d. l. 7. §. ſi quadrupes. p. m. 130.* caſum licet generalioribus verbis proferens: ſi fraude tua, inquit, incidero in eqvum calcitroſum, & eqvus me calce percuſſerit. Hæc enim verba, ſi ita generaliter eſſent intelligenda, perſuaſionem etiam fraudulentam complecterentur, ob quam tamen actio L. Aquiliæ datur utilis. §. *fin. J. de L. Aquil. Adde Paul. Buſ. ad eandem l. 7. §. ſi quadrupes. p. m. 206. ubi ferè eadem habet cum Cujacio, caſum ponens, ſi dolo tuo incidam in beſtiam, quam tamen ipſam ad nocendum non irritaveris.*

Memorabile † verò eſt, quod in d l. 7 §. 6. de dolo. deci 123. ditur, deditione noxæ, quam dominus animalis actione de pauperie conventus fecit, actionem iſtam doli adeò abſumi, ut ne quidem detur in id, quod excedit. Cui † ſcilicet ſen- 124. tentiæ adverſari videtur (1) quòd in caſu L. ſi alius. 7. §. Neratius 1. in f. D. quod vi aut clam. facta deditione noxæ adhuc nihilominus competat Interdictum Quod vi aut clam adverſus dominum operis. (2) & in caſu L ſi ex duobus. 17. D. de noxal act. ubi ſervus communis qui uno domino ſciente deliquerat, ab ignorante altero noxæ deditus erat, dominus tamen, quo ſciente deliquerat ſervus, in id, quod in damni perſecutione amplius eſt, condemnetur. (3) quòdve dominus, cujus ſervus metum adhibuit, dedito etiam ſervo de eo quod ad ſe pervenit, teneatur, *l. quod diximus. 16. §. ſed ſi ſervi. 1. D.*

quod met. cauſ. (4) Imò generaliter verum eſt, quoties plures
actiones de eodem delicto concurrunt, & in poſteriori plus
eſt, quàm in priori, poſt hanc non eſſe denegandam illam,
quatenus plus continet. *l.* 1. *D. vi bon. raptor.* (5) multo mi-
nus, ſi plura ſunt delicta, ullius danda eſt impunitas. *l. nun-*
125. *quam. 2. per tot. D de privat. delict.* Verùm † (1 in d. l. 7. [illegible] 1 no-
xæ deditio tantùm ſuccedit in locum impenſarum in reſtitu-
tionem operis faciendarum præter quas dominus operis eti-
am tenetur ad patientiam ipſi reſtitutioni præſtandam. ſi er-
gò actor Interdicto adhuc agat ad illam patientiam obtinen-
dam, alium articulum in judicium deducit, quàm ſuper quo
126. facta erat deditio. Ne † dicam, 2) & (3) Interdictum Quod
vi, Judicium item ex L. Aquilia contra dominum ſcientem
dandum, & judicium Quod metûs cauſa, de eo, quod ad do-
minum pervenit, non eſſe ſubſidiaria aut famoſa, ut actio est
127. de dolo. (4) Lex † 1. D. vi bon. raptor. loquitur de caſu, [illegible]
utrumq; Judicium eſt famoſum, (ut iterum ſit diverſitatis ra-
tio) utrumq; etiam ordinarium. cum è contrario inter ordi-
dinarium & ſubſidiarium (ut in noſtro caſu) nullus ſit con-
128. curſus, ſed ſubordinatio tantùm. (5) Regula † legis 2 D. de
privat. delict. obtinet in delictis nominatis, & quorum actio-
nes, ſive utraq; ſive alterutra, pœnam etiam perſequitur, non
tantùm rem. Exempla loquuntur de delictis, quæ non tan-
tùm ſpecie facti, ſed & fine & effectu ſunt diverſa.

129. Cæterùm † à culpa quæ Legis Aquiliæ actioni facit lo-
cum non eximit infirmitas ſeu imbecillitas *n. nol[illegible]*
n. 82. junct. n. [illegible]. (niſi ſuperveniens, fortè in via aut itinere [illegible]
Angel. Aretin. & S[illegible]ewin. ad §. imperit. 7. de L. Aquil.) [illegible]
130. imperitia. e. g. ſi quis canem ferocem duxerit, & canis eruperit,
rit, & damnum dederit, cum ab alio robuſtiori vel peritiori
firmius potuiſſet contineri, *l. 1. §. ſed et ſi canis 5. D. ſi quadr.*
pauper. aut ſi quis aſellum, quem agitaverat, *l. ſi quis ex plagis*, [illegible]

ſi in

§.*in clivo. 2. vers. veluti si quis. D. ad L. Aquil.* aut mulam vel e-
qvum, cui insederat, non potuerit coercere. *l. eadem jure.* 8. §. *1. l.*
fin. D. §. *impetu.* 8. *J. de L. Aquil.* Notari † id volunt Angelus 131.
& Schneidevvinus *ad d.* §. *impetu,* adversus eos, qui faciunt
currere equos bucca duros & difficiles, quosve ideò retinere
non possunt, cum alius robustior, aut cui natura equi fuerit
nota, retinere potuisset; nec non adversus eos, qui modera-
tionem habenarum ejusmodi imperitis vel infirmis com-
mittunt, & equis robustis pueros imponunt parvos. *ex [illegible]*
est apud Thomam Grammat. consil. civil. 1, 9. n. 3. Nec † obstat, 132.
quod is, qui, cum ignoraret eqvum bucca durum esse, eqvum
calcaribus stimulavit ita, ut eqvus præter voluntatem [illegible]
raptus in cursum mulierem quandam obviam pedibus [illegible]
fecit, propterea non fiat irregularis. *c. [illegible] 16. X. [illegible]*
cid. Equidem Panormitanus *ad d. c. [illegible]* in hoc casu [illegible]
sessorem ab omni absolvit culpâ. *arg. c. dilectus. 13. X. de [illegible]*
mcid. dominum verò equi de pauperie conveniri [illegible]
existimat. Rectius † Zoesius *[illegible] X. de homicid.* irregularita- 134.
tem homicidio culpâ levissimâ commisso contrahi negat, ut
proinde non valeat consequentia a cessatione irregularitatis
ad cessationem actionis Legis Aquiliæ. Diversus etiam ca- 135.
sus est in d. c. 13. ubi nihil ex infirmitate aut imperitia pecca-
tum est, sed eqvus calcaribus correctus præter omnem spem
& expectationem ferocior factus frenum fregit, & sessorem,
satis aliàs validum & gnarum naturæ equi abjecerat, atq; ita
sine rectore oppresserat puerum. Unde nec ulla pœnitentia
irrogatur equiti, quæ tamen ex placitis Juris Pontificii irro-
gatur in casu d. c. 16. Cautela † autem, quam ad evitandam 136.
culpam prodit Vitalinus, *de malefi. lib. 4. c. 13. p. 408.* ut currens
super equo proclamet cave, cave, *arg. l. si putator. 31. D. ad L. A-*
quil. non satis cavere videtur. Quid enim, si in via publicâ de-
prehensus, strepitu tam ferociter irruentis equi & clamore

inopportuno consternatus, non ita subitò cedere viâ aut fugâ sibi consulere potuerit, augente etiam fortè periculum angustiâ vel aliâ conditione loci, sive, quod plerumq; contingit, impetu equi monitionem sessoris prævertente.

137. Multo magis † eum, qui animal concitavit, factum suum, cessante actione de pauperie, *l.1.§.sed et si.6.* & *§. [illegible] D. si quadr.pauper.* obnoxium reddet actioni Legis Aquiliæ. *l. si servus.27.§.si quis servum.34. D.ad L. Aquil.* Exemplum notabile refert Mornacius *ad l.1.§.si eqvus. D.si quadrup.* in eo, qui eqvum restitatorem calcaribus ita foderat, ut calce vulneraret mulierem prætereuntem, quem ideò in 20. aureos mulieri numerandos condemnatum testatur anno 1612. utut se ignorâsse vitium equi prætenderit, & ideò in mangonem, à quo

138. conduxerat eqvum, culpam rejicere fuerit conatus. Actio ista non quidem directa est, cum insessor non ipse suo corpore seu per contactum rei læsæ damnum dederit; utilis tamen, quæ etiam dicitur actio in factum. *l.1. [illegible]* & *generaliter, D. si quadr. pauper. l. item Mela. 11. §. item cum. 5. D. ad L. Aquil. junct. §. fin. J. de L. Aquil.* nisi concitator animal lædens [illegible] ita tenuerit, ut quasi instrumento eo usus fuerit ad lædendum; tum enim directa erit, *d. l. 11. §. 5. D. ad L. Aquil.* perinde ac si gladio quem percussisset: cum & is per contactum lædere intelligatur, qui instrumento aliquo corporaliter

139. infligit vulnus. Quid † ergò si animal ab altero animali, non ab homine, concitatum damnum dederit? uter dominus tenebitur, an animalis concitantis, an concitati & nocentis? Respondeo: neuter equidem ex L. Aquiliâ, de pauperie tamen tenebitur dominus animalis concitantis: *l.1.§.& [illegible] a.8 D.si quadr.pauper. Justinian.in Leg.Georg.tit.6 §.6.7. v. Specculat.lib.4.par.4. tit. de injur. n. 14.* (modo dominum habeat, nam si animal à musca stimulatum vel compunctum nocuerit, nulla erit actio. *P. Jacob Aurelian. pract. rubric. 149. n. 9.*)

nun

non † dominus concitati. *l. si ex plagis. 52. §. in clivo. 2. vers. fin.* 140.
D. ad L. Aquil. Nec † obstat (1) quòd etiam dominus incolu- 141.
mium ædium, in quas vicinæ ædes ruinosæ incidere possunt, & ita damnum in meis ædibus dare, compellatur ad cautionem damni infecti. *l. qui bona fide. 13. §. cum inter ædes. 2. D. de damno inf.* (2) quodve in casu l. fin. D. si quadr. pauper. cum domino mulæ ab equo olfactæ, non cum domino equi olfacientis agatur. Quod † enim (1) attinet ad cautionem damni in- 142.
fecti, ea utiq; stricto jure à domino ædium incolumium exigi non potest, sed de æquitate saltem, quòd dominus ædium incolumium nullum damnum sit passurus, si sibi vicissim à vicino ædium ruinosarum domino faciat caveri, aut si non faciat, negligentiæ id suæ imputare debeat. *d. l. 13. §. 2.* Quæ ad casum animalis ab alio animali concitati, ubi nulla domini argui potest negligentia, non quadrant. (2) Olfacere, † in- 143.
quit Glossa, *ad basilicas lib. 60. tit. 2. in f.* non est concitare. hoc enim naturale est in animalibus. & ne nesciremus, quid sit olfacere, eleganter Vivianus explicavit, (quod tamen præfatâ veniâ refero) eqvum posuisse nasum ad caudam alterius jumenti; & adhuc urbaniùs Accursius *in gloss. ad d. l. fin.* eqvum posuisse nasum ad culum mulæ. Tantæ nimirùm curæ fuit istis Interpretibus genuinum textûs sensum eruere. Jacobus Aurelian. *d. l. n. 10* eleganter inde concludit, si canis curialiter lambat vel osculetur mulum in pede, & mulus calce occidat porcum, dominum muli teneri, & non dominum canis.

Res † ipsa eò recidit, ut distinguamus, utrum animal 144.
animali occasionem præstiterit, an potiùs hoc eam vix præbitam spontè arripuerit? ut si magis peccâsse videatur animal occasionem arripiendo, dominus ejus teneatur; sin magis alterum animal causam præstando, hujus. aut distingvamus cum Paulo Castrensi, *ad l. fin. h. t.* utrum animal causam præstiterit contra naturam, an secundùm eam.

145. In † genere aliàs actio de pauperie locum habet, sive corpore suo quadrupes damnum dederit, sive per aliam rem, quam tetigit vel traxit; *l.1. §.sive autem.9. D. si quadrup. pauper.* ut si damnum dederit per plaustrum. *Basilic. lib. 60. tit. ult. §. sive suo.* item sive damnum datum fuerit in rem inanimatam, sive in hominem aut brutum. quod posterius demum pauperiem appellandum esse, temerè & sine ulla ratione volt
146. Hotomannus. *epitomat. in Pandect. h.t. n.10.* Neq; † distinguendum est utrùm libero homini nocitum fuerit, an servo: nam ex hâc lege 12. tabb. jam non dubitatur etiam liberarum personarum nomine agi posse. *l. ex hâc lege.3.D. si quadr. pauper.* Servo etiam noceri diximus iterùm contra Hotomannum, homini saltem libero noceri existimantẽ, *d.l.n.3.* per l. §. hæc autem 6. D. de his, quæ effuder. ex quo tamen textu nihil aliud collegerim quàm libero homini noceri tum intelligi, cum in corpus ejus quid admittitur. Unde porrò sequetur, servo noceri aut animali, cum horum læduntur corpora. Fallitur etiam, qui, quòd in Edicto isto verbum noceri strictè capiatur, latiorem ideò significationem impropriam
147. esse crediderit. Habes † ita octo actionis de pauperie requisita. Addere posses nonum, ut animal, dum nocet, sit solutum. *arg. l. hæc actio.2. §.1. D. si quadr. pauper.* quod tamen ad animalia ferocia restringit Wesenbecius, *n.5. J. h. t.* de cæteris animalibus actionem esse putans ubicunq; & quomodocunque fecerint pauperiem. aliter Joachimus Schultz *in Synops. Jur. civ. l. vol. 2. notab. 40. p. 166.* videtur restringere ad animalia domestica: (quærit enim, si à cane ligato feroci sim læsus, an aliquâ actione possim experiri? quod negat, quia animal domesticum sit.) aliter P. Jacobus Aurelianensis *in pract. tit. 149. n. 8.* ad solos canes, utilem tamen tribuens actionem, si canis
148. ligatus quem læserit. Ego † vincula aut libertatem animalis nocentis non esse attendenda existimaverim, nisi ad hoc ex

inter-

interdum culpa ipsius læsi inde argui possit. *ut d.l.2.§.1.* Quo quidem in casu octavum deficere contingit actionis hujus requisitum.

CAP. IV.

EX QVO CAUSARUM GENERE PROVENIAT ACTIO DE PAUPERIE.

1. *Actionem de pauperie esse personalem.*
2. *ex quali obligatione proficiscatur?*
3.7.14. *an sit dativa?*
4.5.6. *explicatio distinctionis actionum in dativas & nativas.*
8. *an actio de pauperie sit ex quasi delicto?*
9.11.12.13. *an ex quasi delicto alieno?*
10. *comparatio actionis hujus cum noxalibus ex delictis servorum.*

QUodsi † jam quæras, ex quo ergò causarum genere hæc actio proveniat, id quidem te facilè arbitror intellecturum, quòd actio de pauperie sit actio personalis, neq; fundetur in jure quopiam in re. *Gœd. disput. par. 1. disp. 17. [illegible] lit. a. Olden. corp. class. 6. act. 13. p. 87.* Cum † autem personales actiones ex aliquâ obligatione proficiscantur, genus istius obligationis, quæ actionem nostram producat, ostendere non adeò est in proclivi. Glossa, † *ad l. 1. pr. verb. offerri. l. si quadr. pauper.* ut eo se laboreliberaret, hanc actionem ait nec ex delicto esse nec ex quasi delicto, nec ex contractu, nec quasi ex contractu, sed esse dativam. Unde † (ut hoc in transcursu non celetur) apparet, quatenus actiones veteres Doctores distinxerint in nativas & dativas: nimirum, non quatenus quædam nasci dicantur, quædam dari; *v. Fibig. in Colleg. legal. disput. 13. q. 2. n. 6. & seqq. in semideca l.* seu quatenus quædam ex Lege vel Edicto competant, quædam à Prætore dentur. *Bachov. de action. disp. 2. th. 18.*

Margin numbers: 1. (line 1 of paragraph), 2., 3., 4.

5. 18.p.48. sed † nec eatenus, quatenus (ut præcedentis sententiæ corrector sentit Bachovius *d. l.*) quædam præexistentem habeant sufficientem materiam, ex quâ nascantur vel introducantur, quædam tali materiâ vel potius causâ efficiente destituantur, & suadente æquitate ex Legibus vel interpretatione JCtorum accommodentur. Etenim si nullum factum, nisi quod jure gentium ad actionem tribuendam est idoneum, sufficiens actionis nativæ materia est putanda; si, inquam, dativa omnis est actio, quæ à jure civili introducta est, cum jure gentium causa ejus, ut causa (actionis producendæ) non extiterit, uti hanc rem explicare videtur Fibig. *d. q. 2. n. 18.* pleræq; omnes actiones pœnales, quà tales, dativæ erunt, cum jure gentium delinquens ultra rei persecutionem privato ad pœnam privatam non teneatur, utut teneatur ad pœnam publicè luendam. Ita actio furti merè est pœnalis, & tamen obligatio ista ad pœnam dupli vel quadrupli mero jure civili contrahitur. atqui actiones ex delictis nativas esse, generaliter dicit Bachovius. *de action. disp. 4. th. 21. p. 155.* Contractus etiam, qui juris civilis esse dicuntur, dativas saltem producent actiones. quod, credo, non largientur, prioris sententiæ pa-
6. troni. Sed ergò † quemadmodum Veteres actionem nativam appellârunt eam, quæ ex contractu, quasi contractu, delicto, aut quasi delicto nascitur: ita huic opposuerunt dativam, quasi quæ proprio quodam jure ex aliis nascatur causarum figuris, *l. 1. pr. D. de oblig.* nec ad aliquod istorum generum
7. reduci possit. Planè † explicatione Bachovii & ejus sequacium stante, nihil contra glossam, quæ dativam statuit actionem de pauperie, à nobis movendum esset, postquam eam *c. 1. n. 20.* ex solo jure civili ipsi derivavimus. At cum prædicta Glossa actiones nativas & dativas aliter accipiat, lis adhuc est integra.

8. Oldendorpius † *cl. 5. 6. act. 13. p. 989.* actionem de pauperie

rie putat esse ex quasi delicto. à quo non longum abit Vulte-jus: *in Jurisprud. Rom. lib. 1. c. 51. p. 284.* dominum ait videri quasi delinquere, cum per ipsius rem damnum datum sit, eâ-ve ratione à bruto datum damnum delictum esse, quod aliàs, si ipsum brutum respicias, delictum non sit. Magis † placet 9.
sententia Harprechti, *pr. n. 1. J. h. t.* quasi delictum ad ipsas referentis quadrupedes, non ad dominum. convenitur enim dominus, non tanquam de facto proprio, sed tanquam de alieno; *confer Dn. Joh. Strauch. ad Pandect. disp. 24. §. 12.* ut in actionibus noxalibus ex delictis servorum. Nam † quemadmodū 10.
ibi cum domin⁹ ob furtum, rapinam, damnum aut injuriam servi convenitur, actiones istæ furti, vi bonorum raptorum, Legis Aquiliæ aut injuriarum noxales ex quasi delicto domini dari non dicuntur, (ita n. genus suum mutarent, & contingeret, v. c. actionem furti non esse actionem ex delicto) sed ex facto servi æstimantur: *l. 1. l. si in re communi. 19. D. de noxal. act.* ita etiam domin⁹ quadrupedis ob factum quadrupedis cōvenitur citra imputationē proprii quasi delicti. neq; dari circa hunc articulum potest diversitatis ratio inter damnum à servo datum, & damnum datum à quadrupede. imò plus imputari potuisset domino servi (si in tali casu imputari quid placuisset) quàm domino bruti *arg. §. fin. vers. cum enim. J. de oblig. quæ quasi ex del. l. fin pr. vers. nec immeritò. D. naut caup stab.* 11.
Ne † dicas, eo ipso quē quasi ex delicto proprio teneri, quando ob alterius culpam tenetur. *§ item is. 1. vers. deo autem non propriè. J. de oblig. quæ quasi ex del.* Quamvis n. non negemus, etiam ex quasi delicto conveniri quem posse ob culpam alterius negamus tamen, eum tùm conveniri tanquam ex culpâ alterius, sed convenietur tanquam ex culpâ, saltem per imputationem, propriâ. *l. fin. §. hac autem actione. 4. D. naut. caupon. stabul.* Inter † quos conveniendi modos non modica est 12.
differentia, Nam si ponas, teneri dominum pecudis tanquam

ex proprio quasi delicto, is, qui tempore factæ pauperiei dominus erat, judicium suscipere cogetur, etiamsi tempore institutæ actionis dominus ampliùs non sit. At quia noxa caput sequitur, planum est, hanc actionem adversus dominum non

13. tanquam ex facto domini competere. ut † rectè Bachovius *de action. disp.* 3. *th.* 7. *lit. h.* & *th.* 19. causam actionis de pauperie referat inter delicta aliena, delicti vocabulo utens in significatione latiori, ut etiam comprehendat delictum in animali cadens sive delictum improprium, quod quare quasi delictum dici non debeat, nihil causæ est.

14. Quia † itaq; actio de pauperie est ex quasi delicto alieno, (animalis puta) actiones autem ex quasi delictis alienis oriundæ non minùs pro nativis actionibus sunt habendæ, quàm quæ ex veris vel propriè dictis delictis alienis, aut ex alienis contractibus, (ut actio furti noxalis, actio emti de peculio &c.) utrobiq; enim habetur certum genus causarum, obtinuisse jam videmur contra glossam, quòd actio de pauperie nativa sit, non dativa.

CAP. V.
DE ACTORE, SEU CUI COMPETAT ACTIO DE PAUPERIE.

1. *Persona judicium constituentes.*
2. 19. *Actionem de pauperie competere ei, cujus interest.*
3. 4. 5. 6. 7. 8. *An item in actione L. Aquiliæ?*
9. 13. 14. *An actio L. Aquiliæ soli detur domino?*
10. *actiones ex delictis regulariter competere offensis.*
11. *condictio furtiva an soli competat domino?*
12. *an sit actio ex delicto?*
15. 16. *an actio de pauperie & Aquiliana commodatario competant directò vel utiliter?*
17. & *seq. quibus casibus ei competant?*
18. *quale interesse ad has actiones requiratur?*
20. 21. *an etiam requiratur possessio rei tempore damni dati?*

Ex-

Explicata † est actionis de pauperie causa. videamus modò de personis judicium constituentibus, actore, reo & Judice. Actorem † quod 1. attinet, competit hæc actio non tantùm ei, qui in corpore læsus est, non tantum domino, cujus res perdita fuerit aut deterior reddita, sed etiam ei, cujus ex aliâ quàm dominii causâ interest, ut fulloni & commodatario. *l. hæc actio 2. pr. D. si quadr. pauper.* Cui † non obstat, quòd actio Legis A- 3. quiliæ commodatario denegetur. *l. item Mela. 11. §. pen. D. ad L. Aquil.* Respondet † glossa *ad d. l. 2. verb. commodata. D. hic.* 4. dupliciter: primò dicit, aliud esse in Lege Aquiliâ: deinde distinguit inter actionem utilem & directam, quasi commodatario detur utilis, licet non detur directa. cui tamen distinctioni quoad solvendum hoc dubium ipsa Glossa diffidit, & priorem solutionem dicit esse veriorem. communiter enim negant in hôc puncto consequentiam ab actione L. Aquiliæ ad actionem de pauperie, aliud in hâc, aliud obtinere volunt in illâ. Rationem † diversitatis reddit Hunnius *ad Treutl. de* 5. *L. Aquil. θ. 3. p. 1241.* quòd fullo & commodatarius, qui ad præstandam in re servandâ diligentiam tenentur, facilè sibi cavere possint à quadrupede; at ab homine, qui viribus pollet, non ita posse. *l. ad eos. 19 D. commod. l. sed de damno. 41. D. locati.* ideoq; priori casu actione commodati & locati conveniri posse commodatarium aut fullonem; posteriori non posse, &, cum non possint, eorum nihil interesse, quòd damnum datum sit. Verùm quoniam casus dari potest, ubi si res diligentiùs fuisset custodita, damnum in eâ nec ab homine nec à pecude datum fuisset, *d. l. 41. D. locati.* ista ratio universalis non erit. Simplicior † est ratio Glossæ, *ad d. l. 2. verb. commodata.* 6. *D. h t.* ideò commodatario actionem ex L. Aquiliâ non dari, quòd hæc soli detur domino. *l. item Mela. 11. §. legis autem. 6. D.*

ad L. Aquil. Verùm & hæc ratio, nisi fallor, petit principium, neq; satisfaciet tibi forsitan quæsituro ulterius, quare actio L. Aquiliæ soli domino competat, actio autem de pauperie etiam ei, cujus interest? Quid si † dicamus, differentiam actio-
7. nis de pauperie & ex L. Aquilià non esse circa fullonem, sed circa commodatarium tantùm; *v. d. l. 11. §. 9. D. ad L. Aquil* & tùm rationem differentiæ ponamus in eo, quòd actio Legis Aquiliæ sit pœnalis, §. *his autem verbis. 9. J. de L. Aquil.* actio de pauperie merè rei persecutoria; *v. infr. c. 9. n. 2.* in lucris autem actionum pœnalium dominus præferatur commodatario. *arg. §. qua de fullone. 16. J. de oblig. qua ex del.* Verùm cum ea prælatio à Justiniano demùm, & quidem contra rationes juris commun s sit introducta, textus etiam in d. l. 11. §. 9. commodatarium non postponat, sed excludat, fateri cogimur,
8. nondum explicitum esse nodum. Cogitemus † itaq;, & ut emergamus, ipsam propius intueamur legem. Hæc actio, ait Paulus, non solùm domino, sed etiam ei, cujus interest, competit, veluti ei, cui res commodata est, item fulloni: quia eo, quod tenentur, damnum videntur pati. Habes ergò rationem, ob quam actio de pauperie etiam detur commodatario. Ea verò an specialis ita est, ut ad actionem L. Aquiliæ non possit accommodari? an non generalis, & eidem etiam communis? Commodatarius certè, si liber, quem commodatò accepit, scissus est ab homine, & ob negligentem custodiam ipse commodati actione tenetur, non minùs damnum videtur pati, quàm si liber à pecude fuisset ruptus. Quid ergò diversitatem quærimus, ubi nulla est? ubi adeò evidens est rati-
9. onis identitas? Equidem † actio Legis Aquiliæ domino datur. *d. l. 11. §. 6. ad L. Aquil.* at non soli, quod quidem hactenus communiter creditum est. etiam ei datur, cujus interest *d. l. 11 §. fin. cum duab. leg. seqq. l. si dominus. 17. & apertissimè l. que accidit. 30. §. 1. D. ad L. Aquil.* Neq; video, quid dominium hic

possit

possit ad tribuendam actionem, ubi non dominium, sed læsio sive passio causa obligationis esse debebat? Id quod † in cæ- 10.
teris etiam delictis observaveris. actio furti datur ei, cujus interest. *l. cujus interfuit. 10. & l. seq. de furt §. furti autem 13. J. de oblig. quæ ex del.* vi bonorum raptorum ei, cujus interest. *l. Prætor ait. 2. §. in hâc actione. 2?. & § seq. D. §. fin. J. de vi bon. rapt.* Injuriarum itidem ei, qui injuriam per se vel per alium passus est. *§ patitur. 2. J. de injur.* Qui ergo factum est, quòd sola Legis Aquiliæ actio soli domino tribui debeat, non item aliis, quibus damnum injuriâ datum, seu in quos delictum est commissum? Oppones † exemplum condictionis furtivæ, 11.
quæ soli domino competat. *l. 1. D. de condict. furtiv.* Sed ista regula ad condictionem certi restringi solet, ut nihil impediat, quò minùs condictio furtiva incerti etiam aliis, quorum interest, detur. *l. & ideò. 12. §. fin. D. de condict. furt. l. verum est. 25. §. unde quæritur. 1. D. l. fin. §. sed cum. 3. ibi: condemnationem passus est non tantùm in rem furtivam. C. de furtis. l. si pignore. 22. D. de pignor. act. Wesenbec. n. 6. D. de condict. furtiv.* Neq † condictio 12.
furtiva formaliter est actio ex delicto: *v. Dn. Struv. Exercit. ad Pandect. 15. θ. 29.* quoniam in heredes competit, *l. in re furtivâ. 9. D. de condict. furt. l. 1. pr. D. de privat. del.* & quoniam liber homo de contrectatione in servitute factâ condictione furtivâ non tenetur, *l. quod ab alio. 15. D. de condict. furt.* qui teneretur utiq;, si ea contrectatio in productione condictionis hujus formaliter haberetur pro delicto. *arg. §. omnis autem. 5. J. de noxal. act. l. licet servitutis. 4. C. an serv. pro suo fact. post manum. teneat. adde l. 1. C. d. tit. unde colligunt servum ex contractu in servitute habito post libertatem non teneri.* Quid † ergò, inqui- 13.
es, est, quod in l. 11. §. 6. D. ad L. Aquil. tantùm mentio fit domini? Respondeo: secutus est JCtus verba Legis Aquiliæ, quæ domini fecit mentionem. *l. lege Aquiliâ. 2. pr. ibi: dare domino damnas esto. D. ad L. Aquil.* non ut excluderentur alii,

quo-

quorum intereſt,ſed aut ut brevius loqueretur, aut ut exprimeretur caſus potiſſimus, qui ſtatim in mentem manumve
14. ſive buccam venerat Legislatori. Cum † itaq; minus locuta fuerit Lex,quàm ſenſerat, JCtos ejus legis interpretes actionem L. Aquiliæ utiliter,i e. ſecundùm ſenſum legis,(licet ultra ejus verba) præter dominum ad fructuarium, & alios
15. quorum intereſt, producere decebat Nondum † tamen probamus poſteriorem iſtam & ab ipsâ gloſsâ repudiatam reſponſionem,quâ legem 2.ſi quadr.pauper.de utili, legem verò 11.§.pen.ad L.Aquil.de directâ actione intelligendam eſſe tentat.Subterfugium id magis eſt, quàm ſolida reſponſio. li-
16. cet † aliàs,utrùm actio de pauperie utiliter competat commodatario,an directò, non multùm ſumus diſputaturi; nec in ſe impoſſibile ſit,actionem,quæ commodatario competat ex L.Aquiliâ utilem eſſe,quæ verò de pauperie ex L. 12. tabb. directam : potuit enim hæc amplioribus verbis uſa eſſe, quàm Lex Aquilia. quod etiam affirmabunt, quicunq; uni ex relatis ſupra *c.1.n.28.*formulis ſubſcripſerint, contrarium ſentiente & utilem ſaltem tribuente actionem Rofredo Beneventano *de ord.judic.par.4.tit.de actione de pauper.220.n.4.*&
17. ut videtur,Cujacio. *in paratitl. D. h. t.* Id † verò volumus, optimè conciliari unà cum dictis legibus rationes, ſi diſtinguas,utrùm commodatarius culpam aliquam commiſerit, ob quam actione commodati poſſit conveniri, an tanquam per caſum fortuitum damnum datum ſit? ut priori caſu non minus competat ei actio L. Aquiliæ quàm de pauperie, po-
18. ſteriori utraq; denegetur,ceſſante ejus intereſſe. Nec † aliter reſpexiſſe videtur Ulpianus *in d. l.* 11. §.*pen. D. ad L. Aquil.* commodatarium quàm quà talem, & quà jus aliquod vel intereſſe habeat circa rem immediatè ex contractu commodati.ubi veriſſimum eſt,jus iſtud vel commodum quod ex contractu commodati habet, directè, tanti non eſſe, ut actio L.

Aqui-

Aquiliæ (aut de pauperie) ideo concedi ipsi debeat: cum multum intersit, utrùm damnum quis faciat, an lucro, quod faciebat, uti prohibeatur. *l. Proculus. 26. D. de damn. inf.* At interesse, quod ipsum obliquè concernit ob onus & incommodum sustinendæ actionis, hoc, inquam, demùm interesse facit, ut damnum pati intelligatur, & ut deserendus non sit, cui ratio juris suffragatur.

Summam † hactenus dictorum unicâ complectemur 19. regulâ: Actio de pauperie competit ei, qui damnum passus est, *l. hæc actio. 2. pr. D. si quadr. pauper.* heredive ejus & cæteris successoribus, *l. 1. §. fin. D. si quadr. pauper. l. pen. §. fin. D. de noxal. act.* scil. universalibus, ut bonorum possessori. *Wesenbec. pr. n. 6. J. h. t.* Quæ † tamen regula quoad eos, qui citra causam do- 20. minii damnum patiuntur, limitationem admittit, ut tùm demùm procedat, si patiens tempore factæ pauperiei rem, in quâ facta est, possideat. *arg. l. interdum. 49. de actio. emti.* quamvis † æquitatis sit, ut dominus v. c. commodati agens contra 21. commodatarium actionem de pauperie cedat eidem adversus dominum pecudis nocentis. *arg. § cum autem. vers. utiq; tamen. J. de emtione.*

CAP. VI.

DE REO, SIVE ADVERSUS QVEM COMPETAT ACTIO DE PAUPERIE.

1. *dominium animalis nocentis quo tempore in Reo spectandum?*
2.3.4.5. *comparatio actionum noxalium cum rei vindicatione.*
6. *obligationem ex pauperie esse ambulatoriam.*
7. *actionem de pauperie etiam dari adversus eum, qui se dominum fingit.*
8. *item adversus eum, qui dolo desiit possidere.*
9. *si plures sint domini, singulos in solidum posse conveniri.*
10. *an tum unus pro parte suâ possit animal dedere?*
11. *an uti beneficio divisionis?*

12. *quatenus heredes hac actione teneantur?*
13.14.15.16. *quid si alius possideat animal, alius sit dominus?*
17. *L. 2. C. ut in rem act. etiam in rebus mobilibus obtinere.*
18. *Exempla possessorum, qui de pauperie conveniri non possunt.*
19. *An adversus hos domino detur regressus.*
20.21.22.23.26.27.28.29. *quomodò custos pecorum ob pauperiem teneatur?*
24. *Author speculi Saxonici.*
25. *Textum Germanicum ibi praeferendum Latino.*

1. Enimverò † Reus in hâc actione est dominus animalis, non cujus fuerit, cum noceret, sed cujus nunc est, *l. 1. §. & cum etiam. 12. D. si quadr. pauper. l. pen. §. fin. D. de noxal. act.* tempore instituendae actionis. *Schotan. in Exam. Jurid h. t. p. 304. Brederod. ad Inst. h. t. p. 495.* quod de litis contestatione intelligi solet, *Paul. de Castro ad d. l. 1. §. 12. D. hic.* hodie verò secundum fori observantiam melius de tempore impetratae citationis.

2. Comparat † ideò Cujacius *in paratitl. D. h. t* actiones noxales cum rei vindicationibus, quòd utraeque dentur adversus dominum. minùs commodè, ut mihi videtur: utut enim fortè respiciat Cujacius formulam vindicationum antiquarum, ubi solennis manûs consertio & vindiciae in usu erant, & ideò opus erat contra vindicatione. *v. Suthelt. dissertat. 17. §. 42.* quomodò etiam explicari potest §. omnium autem. 1. ibi: possessor autem dominum ejus se esse dicat J. de action. notissimum tamen est, & olim & hodiè nihil adeò adversari petitoris intentioni, quàm si proponatur, Reum esse dominum. *arg. l. si ut certò. 5. §. fin. ult: duorum quidem in solidum dominium esse non potest. D. commod.* cum è contrario de pauperie vel quâ aliâ noxali actione agens hoc ipsum praesupponat
3. & intendat, adversarium dominum esse. Ea † verò noxalium & realium actionum comparatio, quam habet Wesenbe-

ciu n.1 *D.h.t.* informis valdè est & longius petita. Dicit proxima & penè consimilia actionibus realibus ea sunt judicia personalia, quæ quandò nec ex contractu neq; maleficio dentur, naturam realium induunt. Ita nimirum etiam actio constitutæ pecuniæ induet naturam realium, & aliæ actiones, quæ ex pactis legitimis dantur, actionem etiam de pauperie ex delicto vel quasi ex delicto esse supra *c. 4.* est ostensum. Aliter † ergò Meierus *Coll. g. Argentor. h.t. §.1.* in eo ait actionem nostram imitari naturam realium, quòd quemadmodum hic meum & tuum prædominetur, ita & in actione de pauperie, ubi actor dicat: ajo quadrupedem tuam in re meâ pauperiem fecisse. Quæ quidem comparatio corticem saltem verborum lambit, ipsam nucem neq; frangit, neq; tangit nucleum. Optimè † comparationem Cujacii inflectere licebit, *ex notis Dni Han. ad Wesenbec. d. l. n. 1.* ut actionem de pauperie ratione originis suæ dicamus esse personalem, licet in eo conditionem & naturam participet realium, quòd detur contra possessorem. *ut l. actionum genera. 25. pr. D. de oblig.* Quæ † fortè est sententia Cavalcani *par. 2. decis. 27. n. 58.* hanc obligationem in rem esse adierentis, non in personam, melius dixisset esse quidem in personam, sed propter rem. Est enim hæc actio reverà personalis, *v. c. 4. n. 1.* sed conditio ejus (dominium vel possessio animalis nocentis) & secundum hanc obligatio ipsa, ambulatoria est cum re, nec ita fixa, ut in cæteris actionibus personalibus. Et hoc est, quod *in d. l. 1. §. 12. D. si quadr. pauper.* noxa dicitur caput sequi. 4. 5. 6.

Extenditur † autem Regula de actione nostrâ in dominum dandâ etiam ad eum, qui se dominum fingit, & per mendacium pecudem, quæ damnum dedit, suam esse respondit. *l. si quis in jure. 7. (secundum lectionem Haloandri & Duareni) & l. seq. D. de interrogat. in jur. fac.* (2) ad † eum, qui dolo malo desiit possidere *l. si bona fide. 12. l. quoties. 21. pr. l. de illo.* 7. 8.

24.*l.si plurium.39.pr.l.electio.26 §.item et.2.D.de noxal.act.l.si ex legati.23.D.de V.O.ad de infr.c.* 10.*n.*37.38.*c.*12.*n.*.1.*c.*13.*n.*.1.13.

9. (3) ad † socios; ut si animal commune (quod tamen respectu patientis damnum sit alienum *v.c.3.n.10.*)fecerit pauperiem, singuli ej9 domini in solidum possint conveniri.*l.* .§.*noxæ au-*

10 *tem.*14.*D.si quadr.pauper.l.si cum uno.4. D.si ex noxal caus.*ubi, † sicut noxæ dedere volens, nisi ante acceptum noxale judicium cessionem suæ partis obtulerit,non auditur,si posteà partem saltem suam dedere sit paratus, *l. si servus communis.* 8. *D. de noxal.act.*sed animal dedere debet in solidum, aut æstimationem damni in solidum præstare, & quod ultra suam partem præstitit,à sociis, qui hàc solutione ab actione de pauperie fuêre liberati, repetere actione pro socio vel utili in factum: *l.& quidem.3.& l.seq.D.de his qui effud. Schneidewin. n.6.*

11. *J.hic.* ita † nec in præstatione damni divisionis beneficio, quippe in gratiam contractuum,non etiam delictorum, aut eorum,qui ex his causis conveniuntur,introducto locus erit.

12. *arg.d.l.*8.*D.de noxal.act.* (4) ad † heredes,cæterosque successores;ut hæc actio adversus eos detur, non quatenus sunt heredes,sed eo jure,quo domini sunt.*l.1.§.fin.D.h.t.l.pen.§.fin.D. de noxal.act.* Unde si defunctus equidem dominus fuerit, heres autem non sit, actio in eum non competit; nisi lis adversus defunctum fuerit contestata,*Gloss.Basilic.lib.60.tit.*·*.l.1.§.fin.*

13. Et † hæc quidem ita se habent, si dominus ipse animal nocens possideat. Quid ergò si alius? non videtur dominus posse conveniri,qui potestatem exhibendi non habet, *arg. l. quotiens Dominus.21.§.in potestate.3.D.de noxal.act. adde l. noxalis.7.pr.D.d.tit.*nec animal potest tradere.*arg.l.1.§.noxæ autem.*

14. *14.D.si quadr.pauper.* Glossa † tamen *ad l.1.§.interdum.15. verb.non esse suam.D.h.t.* existimat, dominum,qui non possidet,posse interrogari, an velit suum animal defendere, & tum

tum, si annuat, posse eu conveniri. Puto † distinguendum esse; 15.
utrum possessor animal opinione vel affectu domini, id est,
civiliter, possideat, an naturaliter tantùm? priori casu adversus possessorem actionem de pauperie dari. *l. bonâ fide. 11. l. non solùm. 13. l. si servus depositus. 22. §. 1. D. de noxal. act. l. apud antiquos. 2. C. de furt.* qui si animal dediderit, & verus dominus id posteà à recipiente vindicare voluerit, recipiens opposità doli exceptione securus erit, neq; domino, nisi damni, ob quod animal deditum est, æstimationem offerenti, restituere animal deditum tenebitur. *d. l. 11. l. si noxale judicium. 27. §. fin. & l. seq. D. de noxal. act.* Posteriori † casu ipse dominus conve- 16.
nietur, *l. si ex plagis. 52. §. in clivo. 2. vers. sed si mulæ. D. ad L. Aquil.* vel statim, vel postquam à possessore nominatus est. arg. l. si quis alterius. 2. C. ubi in rem act. cujus † legis dispositio licet 17.
de rebus immobilibus loquatur, in rebus tamen mobilibus idem hodiè obtinere dicit glossa. *ad d. l. 2. per auth. quâ in provincia. C. ubi de crim. n.* Exemplum † est in usufructuario & 18.
creditore pignoratitio; *v. l. si ex duobus. 17. §. fin. & l. seq. l. si servus depositus. 22. §. 1. l. si noxale. 27. pr. D. de noxal. act.* (quamvis negligente domino defendere animal possint. *d. l. 17. §. fin. l. electio. 26. §. fin. l. in noxalibus. 36. D. de noxal. act. l. si cum usufructuario. 3. D. si ex noxal. caus.*) item in depositario & commodatario, *d. l. 22. pr. D. de noxal. act. confer gloss. latin. ad text. German. Landr. lib. 2. art. 40. lit. b.* & in villico, qui rem villæ administrandam vel curandam conduxit, si pecus villaticum pauperiem fecerit.

In † quibus omnibus casibus non tantùm absolvendus 19.
vel ex lite dimittendus est possessor, postquam dominum nominavit; sed ne domino quidem regressus patet adversus talem possessorem: Si enim pateret, ex contractu pateret. atqui neq; commodatarius neq, villicus &c. ultra culpam suam de quocunque casu tenentur. §. *itemus cui. 2. J. quib. mod. re contrah.*

trab.obl.§.pen.J.de locat.& secundum hæc ex Illustri Regimine Saxo-Altenburg.rescriptum fuisse memini pro villico absolvendo mense Februario currentis anni.

20. Quid † de custode pecoris, vel ministro, cui custodia pecoris est commissa? Is verò ne possidet quidem, ne quidem naturaliter, (si verum est, ad naturalem etiam possessionem requiri animum sibi habendi) sed detinet tantùm, ut dubitandum non sit, quin damno sub ejus custodiâ dato actio competat in dominum, non in custodem. *Meier.Colleg. Argentor.h.t.§.10.Bredcrod.Inst.hic.p.496.* nisi † pauperies ipsius facta

21. sit culpâ, quo tamen casu actio non erit de pauperie, sed ex L. Aquiliâ. *Schneidew.n.6.Wesenbec.pr.n.6.J.hic.ubi, quod de extraordinariâ pro modo admissi addit, referre videtur ad actionem*

22. *criminalem.* Inquies: † imò indistinctè & nullâ culpæ vel diligentiæ habitâ ratione Jus Saxonicum actionem dat adversus custodem. Landr *lib.2.art.40.* welchen Schaden eines Mannes Pferd oder Vieh thut / in seines Knechtes oder Gesindes Hutt / der sol dafür antworten / in des Hutt es waß. ille famulus damnum resarciet, (habet Latinus textus) cujus custodiæ pecora fuerant mancipata. Sed † cum Jus Saxonicum ita de-

23. beat intelligi ut quàm minimum recedat à jure civili, allegata verba, utut generalia, ex ipso jure civili debent limitari, ut custos non teneatur aliter, quam si ei aliqua imputari possit culpa. Et hoc videtur velle textus Germanicus, (der sol dafür

24. antworten salvis scilicet exceptionibus) ex † quo, quia eundem habet authorem, quem Latinus, Eiconem de Repkow, ut testatur præfatio Speculi Saxonici,

MAn dancket alle gern in
dem Herrn von Falckenstein /
der da ist Graff Hoyer genannt /
daß in Deutsche Sprach ist gewand
daß Buch durch sein Bete /
Eck von Repkaw es thete /
gantz schwer es ihm ankam /
so bald er aber vernam /
so groß des Herrn Begehre /
da hat er kein Wehre

des

Der Herren Lieb ihn aber wund/
daß er des Buchs begunte
das ihm was viel unbedacht/
da er es in Latein hette bracht
ohne Hülff uñ einiges andern Lehre/
da daucht ihn das zu schwere/
daß er es in Deutsch wante/
zu letzt er doch gewante
die Arbeit/und solches thete
durch Herrn Graff Hoyers Bete.

Latinum etiam interpretari debemus.imò † ſi contige- 25.
rit,hunc illi eſſe prorſus contrarium, Germanicum præferrem utpote poſteriorem Latino,ubi potuit Ecco juxta vulgare iſtud,poſteriores cogitationes prioribus ſunt meliores, ſe corrigere. Quodſi † aliqua differentia inter jus civile & Sa- 26.
xonicum eſſet conſtituenda,in hôc conſtituenda fortè eſſet, quòd cuſtos jure civili non poſſit conveniri,niſi actor culpam ejus probaverit; *confer Maſcard.de probat.concluſ.265.n.5. vol.1. Sutholt.diſſert.15.§ 49 non obſtante l.ſi quis domum.9.§.Imperator.4.D.locati. (ubi onus probandi conductori incumbere videtur. v. gloſſam ad illum text.& infr.c 8. n. 2.) l.fin.§.ergo ſi caſu.5.D.de cuſt.d r.eor.c.pen.de R.J.(per quem textum diſſentit gloßa ad d.c. pen.verb.paſtor neſcit.) l.ſi quis ex argentariis.6.§.pen.D.de edend. per quem textum diſſentit Aymo Publitius in conſuet. Arvern. tit. 28.artic.1.n.9.variat Tuſchus lit.C.concluſ.118.n.4.& ſeqq.& lit. M.concluſ.400.n.17.& ſeqq.* jure verò Saxonico culpa ſtatim præſumatur in cuſtode, & ideò is ad reſtitutionem damni compellatur, etiamſi actor in ſe non receperit onus probandi,modò ipſe Reus culpam non purgaverit. Sed † rectiùs 27.
diſtinguitur inter damna,quæ prævideri & caveri poſſunt, ut eſt agri vel horti & ſegetis ſive arborum devaſtatio, conculcando,eradicando, rodendo, opprimendo, depaſcendo etiam,de quo tamen nondum agimus,aliisve facta modis,& damna inopinata,quæ facilè prævideri non poſſunt, ut eſt læſio alterius animalis. Priori † caſu cuſtos convenitur ob cul- 28
pam atq; negligentiam præſumtam,tàm de jure civili, *v.c.3.n. 103.& ſeqq.* quàm Saxonico. Landr *d.lib.2.art.40.verſ.* welchen Schaden *confer* Landr. *lib. 2. art. 48.* was der Hirte unter ſeiner.

29. ner Hutt verleust/deß sol er gelten. Posteriori, non tenetur, modò nominaverit animal, quod nocuit. Landr *lib. 2. art. 54.* Lehmet ein Vieh das andere vor dem Hirten / oder würde es getretten oder gebissen/und beschüldiget man den Hirten darumb/ er muß benennen das Viehe/das den Schaden gethan hat / und muß darzu schweren/daß es den Schaden gethan habe. *adde Mascard. de probat. conclus. 239. vol. 1.*

CAP. VII.

DE JUDICE SIVE FORO ACTIONIS DE PAUPERIE.

1. *Quot modis actio de pauperie sortiatur forum?*
2. *quomodò ratione personæ?*
3. *quomodò ratione rei?*
4. *forum rei etiam in rebus mobilibus locum habere.*
5. 6. & *seqq. an etiam spectetur in actionibus in rem scriptis?*
7. *lucrum ibi non rectè à possessione distingui.*
8. 10. *An pro delicto habeatur, si dominus animal non dedat.*
9. *An in foro conscientiæ quis teneatur ad resarciendum damnum culpâ datum, vel datum à familiâ?*
11. *possessoria in foro rei sitæ esse expedienda.*
12. *Eorum comparatio cum actionibus noxalibus.*
13. *Ad forum rei non sufficere, quòd res ibi deprehendatur.*
14. *requiri, ut res ibi sit permansura.*
15. *quid tùm per rem permansuram intelligatur?*
16. *quid si res non permansura arestetur?*
17. *forum actionis de pauperie ratione facti.*
18. *An dominum oporteat ibi deprehensum esse?*
19. *Actionem de pauperie spectare ad Jurisdictionem inferiorem.*
20. *actiones criminales ad superiorem.*

1. FOrum † regulariter sortitur actio de pauperie vel ratione personæ, vel ratione rei, vel
2. ratione facti. *c. fin. X. de foro compet.* Ratione personæ,

ſonæ, ut coram Judice domini animal poſſidentis inſtitui poſſit. *l. fin. C. ubi in rem act. l. juris ordinem. 2. C. de jurisdict.* Ratione † rei, i.e. animalis nocentis, ut ibi inſtitui poſſit, ubi animal, quod damnum fecit, habetur: Sicut enim actiones reales adverſus poſſidentes moventur in illis locis, in quibus res, propter quas contenditur, conſtitutæ ſunt, *d. l. fin. C. ubi in rem act.* etiamſi † ſint mobiles, *l. non alias. 24. §. fin l. quod legatur. 38. D. de judic. Gloſſ ad c. fin. verb. poſſeſſorem. X. de for. compet. Cynus ad l. fin. n. 1. C. ubi in rem act.* aut ſe moventes; *d. l. 24. §. fin. Matth. Stephani de Jurisdict. lib. 1. c. 31. n. 14. v. Dn. Struv. ad Pandect. exercit. 7. th. 31.* ita † idem in actionibus in rem ſcriptis (qua les ſunt omnes actiones noxales. *Zanger. de except. par. 2. c. 1. n. 105. Marant. Specul par. 4. dist 3. n. 2. in ſpecie de actione quadrupedariâ Paul. de Caſtro ad l. 1. §. & cum etiam. D. ſi quadr. pauper.*) ſervari poteſt. *Panormitan. ad c. fin. n. 43. X. de for. compet. Diſſentit Zanger. de except. par. 2. c. 1. n. 106.* non quod ſint actiones mixtæ, (ex actionibus realibus & perſonalibus) quas perperàm cum actionibus in rem ſcriptis Doctores quosdam confundere, Zangero concedimus: *adde Sutholt. diſſert. 18. §. 10.* ſed quòd, quatenus ſunt in rem ſcriptæ, rem comitentur, *Sutholt. diſſert. 18. §. 8. 9.* & ex parte Rei conventi, cujus poſſeſſionem quaſi pro fundamento requirunt, actionum realium induant naturam. Nec † obſtat, quod objicit Zangerus, *d. l.* has actiones poſſeſſorem ſequi, non quòd rem poſſideat, ſed quòd lucrum inde percipere videatur, *l. item ſi cum. 14. §. in hâc actione 3. D. quod met. cauſ.* & rem metum paſſo non reſtituat, aut ſervum vel animal noxæ non dedat, id enim pro delicto haberi, quamvis ab initio crimine caruerit. Siquidem † prima Zangeri ratio ea diſtinguit, quæ diſtinguenda non erant, lucrum & poſſeſſionem. Lucrum iſtud, ob quod datur actio quod metus cauſa, ipſum iſtud commodum poſſeſſionis eſt, ſive in ipsâ re per metum extortâ, ſive in re aliâ huic ſurroga-

Margin numbers: 3. 4. 5. 6. 7.

tâ.*l.si ipsa res. 18. D. quod met. caus.* Aliter si accipies lucrum, emtor rei metu extortæ, utpote titulo possidens oneroso, a-
8. ctione eâ non tenebitur. *contra d.l.14.§.aliquando tamen.* Ad actiones autem noxales neutra ratio quadrat, cum ibi dominus animal nocens retinendo damnum saltem evitare studeat, non captet lucrum. Nec adeò peccat, si retineat, quod eti-
9. am Jure naturali alteri restituere non tenetur, aut si pœnam ex alieno facto luendam non subeat spontè. Imò † in foro conscientiæ ne is quidem ad resarciendum damnum tenetur, qui citra dolum & latam culpam ex levi duntaxat aut levissimâ alteri nocuit. *secundùm Benedict. Canophylum Sanguinum ad c.canonum statuta. n. 61. X. de constit.* (*in opere Repetit. Jur. Can. tom. 2. p. 217.*) *Aymon. Publitium in consu. Arvern. tit. 25. artic. 1. n. 8. Innocent. in c. sicut dignum. n. 4. X. de homicid. Dissentit Johann. Baptista Ferretus ad d. c. canonum statuta. n. 81.* (*in eodem opere Repetitionum tom. 2. p. 263.*) *Panormitan. ad c. si egressus. n. 1. & ad c. fin. n. 1. X. de injur. & subdubitans Tuschus lit. D. conclus. 6. n. 2.* Multò minus dominus ex facto familiæ suæ in foro conscientiæ obligatur. *Cæsar Ursill. in addit. ad decision. Matthæi de*
10. *Afflictis decis. 57. n. 4.* Certè † si pro delicto haberetur, quod dominus nondum judicialiter compellatus animal non dedit, ob pauperiem actiones noxales adversus dominum darentur tanquam ex facto proprio; omnes etiam actiones ex contractibus simili ratione essent ex delictis. & quidem potiori jure: cum magis peccet, qui rem venditam mihi contra bonam fidem non tradit, quàm qui molestè fert, re suâ sine
11. suâ culpâ se privari. Quid † multis? Possessoria in foro rei sitæ expedienda esse, *per l. un. C. ubi de possess. agi oport. & l. un. C. ubi de hered.* rectissimè ipse docet Zangerus. *d. l. n. 108.* atqui & hæc in rem sunt scripta. *l. 1. §. interdicta omnia. 3. D. de interdict.*
12. quidquid in contrarium disputet Zangerus *d. l. n. 109.* Sed, ut & hoc concedamus, non esse ea in rem scripta, ratio tamen

quam

quam reddit Zangerus *d.l.n.108.* apprimè circa forum actionum in rem scriptarum nostram confirmat sententiam. Ideò ait possessoria in loco rei sitæ esse intendenda, quòd exemplo actionum realium rem comitentur. Idem verò faciunt actiones noxales. *l.1.§.& cum etiam.12. D. si quadr. pauper. & simil. ad l. sup. n.5.* ut proinde nihil amplius (quoad fori competentiam) interfit, quâ ratione possessorem rei comitentur, utrum quâ talem, an quatenus delinquentem. quod posterius in Interdictis etiam contingere nonnunquam, alibi ostendi. *in discurs. Jurid. de superficie pos. 5.n.25.*

Existimaverim, tamen ad fundandam hujus fori competentiam non sufficere statim, si res alicubi deprehendatur, sed requiri omninò, ut ibi etiam sit permansura. *Panormitan. ad c. fin. n.43.& seq. X. de for compet. Dissentiūt Baldus. ad l. fin. n. 4. C. ubi in rem act. & quos allegat Matth. Stephani de Jurisdict. lib.1.c.21.n.15.* nam ubi sic quis venit cum re, ut confestim discedat, durissimum est, quotquot locis quis navigans vel iter faciens delatus est, tot locis se defendi. *l. heres absens. 19. §. proinde.2. D. de judic.* Requirunt † Imperatores, *in l. fin. C. ubi in rem act.* ut res in isto loco, in quo deprehenditur, sit constituta. constitutum non est, quod statim transiturum est. imò ejusmodi res ne quidem esse ibi intelligitur. *arg. c. nam & ego. 3. X. de V. S.* Rem † tamen permansuram hoc loco dixerim, non, ut in materiâ legatorum *l. generali. 23. §. uxori. 2. D de usufr leg. l. si fundus. 44. de leg. 1.3.* aut pignorum, *l. debitor. 32. D. de pignor.* quæ perpetuò ibi est permansura, sed & quæ ad tempus saltem alicubi commoratur. *arg. d. l. 19. §. 2. vers. at si quo. & d. l. 24. §. fin. D. de judic.* Mediante † equidem aresto vel sequestratione forum rei quocunq; modo deprehensæ competens hodiè efficere solent. quàm feliciter verò, si cætera aresti requisita observata non fuerint, *de quibus eleganter Ordinat. Process. Elector tit. 1. pr. & § §. duobus seqq* cum magno suo malo & Judex & Actor experiuntur sæpè. 13. 14. 15. 16.

17. Ratione † facti exemplo aliorum delictorum vel quasi delictorum, *c. cum contingat. 13. c. fin. X. de for. compet.* forum erit competens, ubi facta fuerit pauperies. *l. fin. D. de noxal. act.*
18. *Zanger. de except. par. 2. c. 1. n. 07.* modò † dominus animalis in eodem loco tempore instituendæ actionis reperiatur. *Zanger. d. l. Berlich. decis. 162. n. 7. & 12.* Dico: dominus animalis. non enim requiritur, ut ipsum etiam ibi adhuc deprehendatur animal. cum præsentia Rei ad fundandum forum delicti non requiratur, tanquam præsentia delinquentis, sed tanquam Rei conveniendi, ut eum deprehendere possit citatio, quam in animal exequi viator nequit.
19. Quia † verò actio de pauperie est civilis, cognitio ejus sine dubio ad inferiorem spectabit Jurisdictionem, quam vocant die Erbgerichte/Untergerichte. ideoque, si contingat in pago v. c. aut civitate penes unum istam Jurisdictionem esse, penes alium alteram superiorem, die Ober- oder Halßgericht ille, non hic, competens Judex censebitur. *Modestin. Pistor.*
20. *par. 2. quæst. 64. per tot.* quamvis † absurdum non sit, ut de damno ab animalibus dato quæratur etiam criminaliter, si fortè homo sit occisus, & dominus animalis doli vel culpæ arguatur, & aliis quibusdam modis. quibus equidem casibus Judex superiorem habens Jurisdictionem, quam merum Imperium vocare solent, quærendus est.

CAP. VIII.

DE PROBATIONE PAUPERIEI.

1. *Probationem incumbere actori.*
2. *In legibus verbum PROBARE non semper ad totum contextum referendum esse.*
3. 6. *In casu pauperiei solius custodis testimonio credi.*
4. *aliàs unius testimonium non recipi.*
5. *custodem testem jurare debere.*
7. *Audiendum esse reum, si animal neget ex vulnere mortuum esse.*
8. 9. *cui tum incumbat onus probandi?*

Tra-

TRactanda jam Actoris esset petitio, atq; videndum, utrùm ea alternativa esse debeat, an simplex? sed commodius hæc omnia exequemur, cùm ad noxæ deditionem pervenerimus. Incumbet † autem actori (nisi juramentum deferre malit *confer gloss. lat. ad text. Germ.* Landr. *lib. 2. art. 40. lit. b.*) post petitionem factam & insecutam litis contestationem negativam probatio. per text. l. si servum. 3. C. de noxal. act. In † quo textu obiter nota, probationem non ad omnia præcedentia referri. aliàs cogeretur actor hanc etiam negativam probare, quòd dominus non consenserit. Ita enim habet textus: QVOD SI DOMINUM ELEGERIS, ET EO NON CONSENTIENTE, QVOD INTENDIS, COMMISSUM PROBAVERIS. cum tamen negativæ naturaliter nulla sit probatio; *l. adseveratio. 10. C. de non num. pec. l. actor. 23. C. de probat. c. bonæ memoriæ. 23. §. contra legati. X. de elect.* ipsius etiam actoris intentioni prosit magis, si dominus consenserit. Similem loquendi modum observavimus in l. si quis domum. 9. §. Imperator. 4. D. locati. ubi à conductore exigitur, ut probet; capras à latronibus citra fraudem suam esse abactas. i.e. ut probet, abactas esse capras, non ut probet etiam absentiam suæ fraudis, cujus probandæ onus incumbit allegant. *l. quotiens opera. 18. §. qui dolo. 1. D. de probat.* Item in l. 1. C. de condict. ob turp. caus. ubi qui ex conventione suâ convenitur, probare debet, NULLAM PECUNIAM SE ACCEPISSE, sed ob turpem causam interpositam fuisse cautionem. quâ de re alibi egimus. *in discurs. Jurid. de Anargyria posit. 4. n. 7.*

Id † singulare est, quòd cum regulariter unius testis responsio non audiatur, *l. jurisjurandi. 9. §. 1. C. de test. bus.* in casu tamen pauperiei coram custode factæ solius custodis recipiatur testimonium. *textus in* Landr. *lib. 2. art. 54. (v. supr. c. 6. n. 29.)*

Margin numbers: 1. (beside "Incumbet † autem actori"), 2. (beside "In † quo"), 3. (beside "Id † singulare")

29. *ubi glossa n.4.notat*: Wisse dieses sonderlich / daß man in allen
4. unsern Rechten (intellige † de juribus expressis, alias Interpretes plures notant casus, quibus unius testis dicto credatur. *v. Dn. Carpz. in forens. par. 1. Const. 16. def. 38. 39. & par. 2. const. 7. def. 16.*) nirgend einem etzlichen Gezeugen gläubet / als in diesem Fall / darumb daß bey dem Vieh gewöhnlich nicht mehr denn ein Mann zu seyn pfleget. *confer c. 17. n. 1. 2.*
5. Jurare † verò debet custos sive bubulcus, Landr. *d. lib. 2. art. 54. d. l. 9. pr. C. de testib.* si opus fuerit (quæ verba addit textus Speculi Saxonici Latinus, quamvis omittantur à Schneidevvino. *pr. n. 40. J. de servit. præd. rustic.*) i. e. si Reus ei injurato credere nolit. *c. tuis quæstionibus. 39. X. de testib.* Atq; secundùm hæc ab Illustri Regimine Saxo-Altenburgico rescriptum memini 26. Junii anni currentis: P. P. Aus dem Beyschluß hastu zu ersehen / was Uns M. F. wegen P. J. gepachteter Kuh / so von der seinen gestossen / und nach etlichen Tagen umgefallen seyn sol / auch welcher Gestalt er deßwegen von dem Eigenthumbsherrn belanget werden wolte / unterthänig zu erkennen gegeben / doferne nun die Sache seinem Anziehen nach bewand / so befinden wir nicht / wie Supplicant noch zur Zeit zu Erstattung des Schadens angehalten werden mö. &c. / Begehren demnach / du wollest dich zuförderst die Parteyen in Güte miteinander zu setzen bemühn / in Entstehung aber derselben Clägern dahin bescheiden / daß er die Verwundung / und daß selbige von des Supplicanten Kuh geschehen / durch des Hirten / wo nöthig eydliche Aussage darthue und erweise / worauff du so dann uns wann Beklagter gleicher Gestalt mit seiner Nothdurfft und Vorgeben / insonderheit / daß des Gegentheils Kuh nicht von solchem Stosse / sondern wegen Verwahrlosung oder anderer Zufälle gestorben / zur Gnüge gehöret / zwischen ihnen ohne Verstattung undienlicher Weitläufftigkeit rechtliche Weisung zu thun wissen wirst. etc.
7. Nimirum † in casu animalis mortui, si actor

ctor ejus petat æstimationem, ne hoc quidem sufficit, ipsum factum animalis nocentis probari; sed audiendus est Reus, si ad hoc, ut tantùm tanquàm de vulnerato teneatur, *l. qui occidit. 30. §. fin. D. ad L. Aquil.* neget, ex eo vulnere vulneratum animal decessisse. Et † tum æstimabit Judex, cui imponat onus ulterioris probationis: Si enim statim mortuum fuerit 8.
animal, vulnus præsumetur mortiferum, & per consequens vulneratum ex vulnere decessisse; *confer Dn. Carpz. in prax. crim. par. 1. q. 26. n. 4. 6.* ideoq; Reus contrarium adferens probare debebit: *c. significasti nobis. 18. X. de homicid.* Sin † ex intervallo longiori, ex vulnere non credetur esse mortuum, *c.* 9.
preterea. 2. X. de homicid. confer tamen c. continebatur. 8. X. de homicid. l. si ex plagis. 52. pr. l. si vulnerato. 46. l. ita vulneratus. 51. D. ad L. Aquil. maximè si interim reconvaluerit. *v. Gomez. resolut. tom. 3. c. 3. n. 29. qui requirit, ut ad perfectam sanitatem redierit. in dubio autem præsumit, vulneratum animal ex vulnere decessisse.*

CAP. IX.

DE RESTITUTIONE DAMNI.

1. *Quanti damnum æstimetur in actione de pauperie?*
2. *hanc actionem esse rei persecutoriam.*
3. *quomodò dicatur pœnalis?*
4. *damnum æstimari respectu patientis.*
5. *Quid æstimetur homine libero læso?*
6. *quis æstimet?*
7. *operæ amittendæ quomodò æstimentur?*
8. 9. *quousq;?*
10. *quid hodiè servetur?*
11. *operas non ambulare pari passu cum vitâ.*
12. 13. *In libero homine non haberi rationem deformitatis.*
14. *secus in servis & animalibus.*
15. *quid in fœminis liberis?*
16. *occiso homine libero corpus non æstimari.*
17. 18. 19. 20. *An tamen heres occisi agere possit de impensis & operis?*

21.

21.22.23.24.25.26.27. *An heres injuria occisi agere possit ex L. Aquiliâ?*
28. *Non cujusvis commodi interversionem sufficere ad actionem Aquilianam & quadrupedariam.*
29.31.32.33. *Jure Saxonico ad quid teneatur dominus noxa?*
30. *Webrgeldi nomen.*
34. *pro quibus damnis constitutum sit Webrgeldum.*
35. *Jure Saxonico liberum corpus quodammodò æstimari.*
36. *liberari dominum noxæ præstatione Webrgeldi*
37. *circà damnum in rebus inanimatis datum congruere hoc Jus cum civili.*
38.39. *An hic locum habeat juramentum minorationis?*
40. *an præter Webrgeldum etiam æstimatio operarum peti possit?*
41.44. *Webrgeldum hodiè circa vulnerationes non attendi.*
42. *in quid ergò fiat condemnatio?*
43. *Si actor minùs petat, an supplere debeat Judex?*
45. *Animalium Webrgelda non ampliùs esse in usu.*
46. *Quis curare debeat animal læsum?*
47. *Hujus juris usus.*
48. *Animali sanato an actio de pauperie extinguatur.*
49. *Condemnatio ex actione de pauperie subsidiariâ.*

1. AEstimatur † autem damnum in hâc actione, non, ut in actione L. Aquiliæ, quanti res perdita eo anno vel intra triginta dies plurimi fuerit; *l. Lege Aquiliâ. 2. pr. l. si servus servum. 27. §. tertio autem. 5. D. ad L. Aquil.* sed simpliciter, *l. 1. pr. D. si quadr. paup. fec.* quanti res fuerit tempore damni dati. *P. Jacob. Aurelius. [illegible] rubr. 14 n. 17. (ubi refert quodammodò dissentientem, Pla.)* aut quanti deterior facta est res læsa. nec auditur dominus animalis vulnerati, si æstimationem corporis nondum peremti petat, etiamsi animal vulneratum domino vulnerantis offerat, *Aymo Publit. ad consuetud. Arvern. tit. 28. artic. 13. n. [illegible].* 2. Est ergò hæc actio non tantum in simplum concepta, sed & rei persecutoria. *Dn. Han. ad Wesenbec. n. 3. D. hic. Schneidewin. n. 3. Wesenbec.*

hec.pr.n.3.& 6.J.hic. Dissentire videtur Meier.Colleg.Argent.h.t. §.16. quamvis † in §.fin. in fin. J. si quadr. pauper. etiam pœ- 3.
nalium nomine videatur comprehendi: respectu Rei scilicet,
qui id solvit, quod non percepit aut lucratus est. *aliter Olden-
dorpius class.6.act.1.p.990. & Pacius ad §.fin.J.hic.* Sed † nec 4.
tam pro modo damni, quod datum est, agetur, quam quod
passus est actor: ut, si non-dominus, sed is, cujus interest, a-
gat, tantum interesse suum actor consequetur. *Jacob. Aurel.
tit.149.n.15.* utut hoc interesse cum ipsius damni dati æstimati-
one coincidat plerunque.

Quod si † libero homini nocitum fuerit, ratio tantùm 5.
habetur impensarum in curationem factarum, atq; merce-
dum Medicis præstitarum, *l.ex hâc lege.3.D.si quadr.pauper.l.
fin.T.de his qui effud.Coler.par.1.decis.108.n.7.* ut & operarum
amissarum, quasque amissurus est læsus inutilis factus. *dd.ll.*
Hæ † postquam ab ipso Actore cum designatione impensa- 6.
rum fuerint designatæ, Judex arbitrari solet, quantum eo no-
mine Reus præstare debeat? *ut §.pœna.7.J.de injur.* Et † o- 7.
peras amittendas quod attinet, duplici medio prospicere Ju-
dex potest actori: aut definiendo certam pensionem, actori
annuatim, donec moriatur, præstandam, *Mornac. ad l.3.verb.
quasq; amissurus. D.si quadr.pauper. & in simili Gomez. resolut.
tom.3.c.6.n.11.de scribâ mutilato & ideò ætatem alendo. adde Paul.
de Castro ad l.ex hac lege.3.D.hic.* aut, quod rationi Judiciorum
hodiernæ magis congruit, unam summam statuendo, semel
solvendam quasi per aversionem, *videtur dissentire Gomez.d.l.*
ubi † inepte quidam *propter l.ut inter.23.pr.& §.1.C.de Sacros.* 8.
*Eccl.l.l.an usufructus.56.D.de usufr.l.si usus fructus.8.D.de u-
sufr.leg.* operas volunt æstimari usq; ad annum centesimum.
*v.Nicol.Boer.in consuet Bituri.tit.10.§.1.Dn.Carpz.in forens.par.
3.const.15.def.57.* Glossa *ad d.l.3.verb.impensarum,* observan-
das tum putat esse regulas computationi alimentorum præ-

ſcriptas in l. hereditarium.68.D.ad L Falcid. Quem [illegible] mirabilem,in ſuo caſu ſingularem & unicum eſſe, & in omni- bus actibus hominum habere locum ex aliis cenſet [illegible]- us.*Reſolut.tom.3.c.3.n.38.* Formulam ibi tradit Ulpianus, [illegible] cundum quam

homo	primæ ætatis usq; ad annos 20.	victurus adhuc præſu- mitur annos tot, quot ætati ejus ad annum ſexageſimum deſint, remiſſo uno anno	30.
	annorum 20. usq; ad annos 25		28.
	annorum 25. usq; ad annos 30.		2[illegible]
	annorum 30. usq; ad annos 35.		22.
	annorum 35. usq; ad annos 40.		[illegible]
	annorum 40.usq; ad annos 50.		
	annorum 50.usq; ad annos 55.		9.
	annornm 55.usq; ad annos 60.		7.
	annorum 60. & ulteriùs.		[illegible]

9. Sed † quia iſta computatio laborioſa valdè eſt & quo- dammodò abſurda,cum terminum vitæ interdum pra[illegible] remotiori,quem tamen attacturus non ſit, qui propior [illegible] eſt,(e.g.juvenis annorum 24. qui ſecundùm iſtam computa- tionem per 28.annos adhuc creditur eſſe victurus, perveniet ad ætatem 52. annorum,ubi alter,annorum 26. quoniam tan- tùm per 25. annos creditur victurus eſſe, perventurus [illegible] ad 51.) ea meritò à foro poſteà receſſit, & teſte Æmilio Ma- cro placuit, ut à primâ ætate usq; ad annum trigeſimum computatio fieret annorum triginta, ab annis verò trig[illegible] tot annorum,quot ad annum ſexageſimum deeſſe videntur. ultra annum ſexageſimum adjectione illâ quinquennii [illegible] ſtinâ retentâ.Ita intelligo d.l.68.D.ad L Falcid. ut verſiculum Solitum eſt.tàm de alimentis quàm uſufructu loquatur,(ſe- cus ac Gloſſa *ad d.l.68.* opinatur) nec tamen computationem Ulpiani in univerſum ſublatam eſſe velit, ſed tantùm usq; ad concurrentem annorum numerum,i.e. quoad computatio- 10. nem ætatis ſexagenariâ minoris. Sanè † noſtri Judices u- tramque,tàm Ulpiani,quàm Æmilii Macri, formulam igno-

rant;

rant; parùm etiam de futuro tempore sunt solliciti, & ideò (non dicam, in hac actione de pauperie, ex alieno facto competente, ubi rigor juris meritò temperatur, sed in actione etiam Aquilianâ) plerumq; æstimationem operarum amittendarum in exiguam valdè summam cogunt, aut penitus omittunt in † eo equidem fortè non adeo culpandi, quòd com- 11.
putationes illas ex civili Jure modò adductas deferant, fundatas quippe in præsumtione longævitatis, & ideò ab alimentis, quibus homo indiget, quamdiu vivit, ad operas, quas senium & ætas hominis etiam non mutilati recusare tandem solet, *l. nec audiendus. 17. D. de oper. libert.* non statim producendas; *confer Nicol. Boër. ad consuet. Bituric. tit. 10.* §. 1. modò vires & ætatem læsi non negligerent prorsus, æstimaturi inde, quousq; ex operis suis læsus probabiliter sit victurus.

Præter † impensas autem istas & operas nulla deformi- 12.
tatis aut cicatricum ratio habetur. *l. ex hac lege. 3. D. si quadr. pauper. l. fin. D. de his qui effud.* non † quòd deformitas malum non 13.
sit quam pro supplicio esse scripsit Livius, atq; adeò graviter tulere Areopagitæ, ut si quis alteri vulnus in caput, faciem &c. impegisset, unde corpus malè insignitum foret, confestim illum damnaverint abesse totum annum eâ urbe, ubi vulneratus degeret: *v. Mornac ad l. 3. pr. D. h. t.* sed quia in actione civili versamur, quæ æstimationem rei læsæ persequitur; liberum autem corpus nullam recipit æstimationem. *d d. ll.* Quæ † ratio cum cesset in servis & aliis animalibus 14.
per pauperiem læsis, si propter deformitatem deprecientur, apparet, eam deformitatem ibi esse æstimandam. *Harmenopul. lib. 6. tit. 1. §. fin. confer Anton. Gomez Resolut. tom. 3. c. 6. n. 12.* Imò † non desunt, qui id etiam procedere existimant 15.
in fœminâ liberâ nondum nuptâ, quæ propter cicatricem difficilius & non nisi cum majori dote inventura sit maritum. *[illegible] Jur. Canon. lib. 3. tit. 10. in not. Gomez. d. l. Zoes. n. 3. [illegible] si quadr. pauper.* Quæ mihi sententia semper visa fuit in-

digna tantis Doctoribus, & multò indignior fœminâ ingenuâ, non formâ sibi, sed virtute maritum quærente.

16. Quid si † occisus fuerit liber homo? Adhuc nulla corporis

17. erit æstimatio. *Gloss. ad l. 3. verb. non recipiat. D. h t.* An † tn. impēsas in curationem factas heres poterit repetere? Quod forte affirmaveris, quia repetere eas potuit defunctus. *d. l. 3. D. h. t.* transit a. hæc actio ad heredes. *l. 1. §. fin. D. h. t. v. r. s. n. 19.* Atq; ita in simili casu actionis ex L. Aquiliâ JCti Helmstadienses instigatorem animalis condemnârunt ad refusionem istarum expensarum in præjudicio, quod refert Dn. Han: *ad Wesenbec. n. 4. D. hic.* ubi, quod singulare est, eundem Reum præterea con-

18. demnârunt ad refusionem impensarum funebrium. In † usu etiam esse apud suos testatur Petr. Costalius, *in adversar. ad l. 3. D: si quadr. pauper.* ut mortuo aliquo ex vulnere accepto heres vel filius occisi intēdat ad recipiendum id, quod sua interest ratione operarum, quas defunctꝰ in vitâ potuisset exhibere. Nec à jure communi alienum id esse videtur Busio *ad d. l. 3. n. 1. D. h. t.* & Gomezio, *resolut. tom. 3. c. 6. n. 11.* qui computationē istarum operarum faciendam tùm existimat secundùm l. hereditarium. 68. D. ad L. Falcid. supra *n. 8. & seqq.* à nobis expli-

19. catam. Verius † est, quod in libero corpore damni datur, jure hereditario ad successores trāsire non debere; *l. si vero. 5. §. hæc autem. 5. junct. l. fin. D. de his qui effud.* & heredem quidem de vulnerato atq; occiso agere interdum posse, sed non tanquā de vulnerato, v. tanquam de occiso, & iterum actione non privatâ, ut heredem, sed populari, si qua in casu occisionis istius prodita est, ut in Edicto de his qui effuderint, *ita intellige d. l. 5. §. 5.* qualis (popularis) in casu simplicis pauperiei nulla

20. est. Ut † ergò mortuo vulnerato tutissima sit conclusio, heredi de pauperie nullam superesse actionem, nisi fortè, quam, dum in vivis adhuc erat, ipse instituerit defūctus; *arg. §. 1. J. de perpet. & tempor. act.* Omnium minimè de operis, & adhuc minùs de operis post mortem occisi computandis agere poterit

heres

heres, tùm quòd operæ illæ petantur, quibus cariturus est vulneratus, qui, si decessit & ipsa jam caret vitâ, ineptè dicetur operis carere, postquam ipse penitus esse desiit; tùm quòd eam actionem heres non ex personâ defuncti, sed propriâ instituere deberet, at defunctus ipsi nullas debuerit operas. Quid quod, de homine libero injuriâ occiso heredi oc- 21.
cisi ne quidem actio datur ex Lege Aquiliâ. *l. huic scripturæ 15. §.1. junct. l. seq. l. nam sicut. 35. §. 1. D. ad L. Aquil. Treutl. vol. 1. disp. 18. th. 10. lit. g. Wesenbec. n. 6. D. de his qui effud. Dissentit idẽ Wesenbec. n. 7. D. ad L. Aquil. (ubi non tantùm heredibus, sed, quod pejus est, Legatariis etiam actionem tribuit) Schnobel. ad Pandect. disp. 7. th. 8. (qui etiam extendit ad uxorem) Gomez. resolut. tom. 3. c. 3. n. 37. & c. 6. n. 9. Specul. lib. 4. partic. 4. tit. de injuriis. §. sequitur. 1. n. 3. p. 496. (quẽ sequi videtur Panorm. ad c. 1. n. 6. X. de injur. & hunc Sixtino Publ. ad consuet. Arv. tit. 28. art. 13. n. 3. fol. 158. col. 1. cumprimis tn. de patre ex operis occisi filii vivente loquentes) Covarruv. resolut. lib. 2. c. 10. n. 7. p. 155. (qui itidem huc refert l. 68. D. ad L. Falcid.) Bachov. ad Treutl. d. l. p. 709. (qui eo casu, quo vulneratus aliquandiu decubuit, atq; operarum jacturã fecit & impensarum, utilem actionem tribuit heredibus)* Neq; † prodest dissentientibus (1) d. 22.
l. 68. D. ad L. Falcid. quæ non de operis mortui, sed viventis & probabiliter victuri, (2) † L. sed & si ipse heres. 14. D. ad L. A- 23.
quil. quæ de servo legato (non libero homine) occiso; (3) † l. 24.
quâ actione. 7. pr. D. ad L. Aquil. quæ de filiofamiliâs vulnerato, (non occiso) *confer d. l. 7. §. si quis.* 4. quæve de eo, qui operas debebat, loqvuntur: (4) † L. inde Neratius. 23. §. hanc a- 25.
ctionem. 8. D. ad L. Aquil. quæ regulam ponit salvâ exceptione: (5) † l. 1. §. sed cum. 5. D. de his qui effud. quæ de actione 26.
non merè privatâ, sed populari disponit. Et † quomodò da- 27.
mnum pecuniarium (hoc enim ad hanc actionem pertinet) heres passus est, qui hereditatem lucratur? an ideò passus, quia defunctus operis suis hereditatem potuisset augere? atqui hereditatem non ex debito sed ex beneficio defuncti ca-

 pit.

pit.potuisset defunctus alium instituere heredem aut adjun-
28. gere,aut hereditatem legatis minuere.Enimverò† si quodvis commodum speratum ad actionem L. Aquiliæ aut Quadrupedariam sufficeret,bone Deus,quis Reus foret solvendo ? Ageret,qui donum aliquando speravit ab occciso aut munusculum,qui promotionem ab eo expectavit, sponsa ob ereptam propter nuptias donationem, parasitus ob epulas, famuli,sutores & sartores ob mercedes interversas,alius ob aliam quamcunq; spem decollantem. quibus equidem omnibus tribus quasi verbis *ex d.l.* 5. §. 5. D. *de his qui effud.* respondebit Reus,nullum damnum in libero corpore datum censeri pecuniarium.

29. Et † hæc de jure civili. Jure Saxonico si homini aut alteri animali nocitum fuerit, Reus ad damni æstimationem
30. aut Wehrgeldi (Virgildum † vel Veregildum scribi vult Mornacius, *ad l.1.pr.D si quadr.pauper.& ad l.11.§.sed si plures D.ad L.Aquil.* eamve appellationem in Legibus Alemannicis & capitul.Caroli M. sæpè occurrere testatur, Græcè ἐπιφόνιον, Latinè interpretatur reparationem civilem) præstationem te-
31. netur. Landr.† *lib.2.art.40.* Weß Hund/ Eberschwein Bere/ Pferd oder Ochs/ oder welcherley Thier es sey/ einen Menschen tödtet oder lehmet/ oder ein solch Vieh das ander / sein Herr sol den Schaden gelten nach seinem rechten Wehrgelde/ oder das
32. todte Thier nach seinem Werth bessern. Ex † quo textu fortassis Reo tribues electionem, sive æstimationem malit solvere,sive Wehrgeldum. Verùm Glossa Germanica *n.6.* ita explicat, quòd distinguendum sit, utrùm damnum in Jure Saxonico certo Wehrgeldo sit æstimatum,an non? ibi Wehrgeldum esse præstandum,hîc æstimationem damni. Secun-
33. dùm † quam distinctionē limitandus etiam est textus Landr. lib.2. art.54. stirbt es aber / er sol es gelten nach seinem gesetzten Wehrgelde.

Con-

Constitutum † autem est Wehrgeldum tantùm pro a- 34.
nimalibus quibusdam & hominibus, non etiam pro aliis re-
bus peremtis. De Wehrgeldo hominum occisorum vide
Landr.lib.3.art.45.de vulneratorum lib. 2. art 16.de Wehrgel.
aliorum animalium vulneratorum vel occisorum lib. 3. art.
do 48.51.Notabis † inde (1) Jure Saxonico etiam liberi homi- 35.
nis quandam quasi æstimationem esse. ita † dominus bovis 36.
occidentis puellam condemnatus est ad dimidium Wehr-
geldum in præjudicio, quod habet Dn.Carpz.*prax. cr min. q.
131.n.21 juxta* Landr.*lib 3.art.45.vers.*ein iegliche. & de domi-
no equi etiam pretiosissimi in practicâ observari tradit glossa
latina,*ad text.Germ.* Landr.*lib.2.art.40.lit.c.*ut soluto Wehr-
geldo liberetur, possitq; retinere eqvum. (2) quòd † circa 37.
actionem de pauperie in rebus inanimatis factâ nihil novi
constituerit Jus Saxonicum,& ergò reliquerit eam sub dispo-
sitione juris communis.*v gloss.* Landr.*lib.2.art.40. n. 13.* nisi † 38.
huc extendere velis juramentum minorationis sive (ut recti-
ùs dici vult Hartm.Pistor. *par.1.q.16.n.1.*) minutionis, *arg.*
Landr.*lib.3.art.47.& art.51.inf.* ut Reus teneatur ad æstima-
tionem damni, non à Judice determinatam, sed quam ipse
fecerit actor, quatenus eam Reus juramento suo minuere
non possit. *confer.infr.c.17.n.12.* De † quo tamen dubita- 39.
mus, cum Jus Saxonicum, ubi huic juramento locum facit, de
vi ab homine illatâ loquatur saltem; Landr.*d.lib.3.art.*47.(*u-
bi considera Latinum textum,ibi: injuriose*) *&* 51.(*qui continuan-
dus est cum artic.48.*) & ad vim ablativam atq; expulsivam re-
stringatur ab Electore; *in Ordin:proc. tit.31.* §.*fin.* secundum
communem etiam ab Hartm.Pistore *d.q.16 n.* 12. 17. *& in fine
quæstionis lit.a.* ad delictum, quod cadit in titulum vi bono-
rum raptorum, vel Legis Juliæ de vi. (3) Quòd † ob vulne- 40.
rationem liberi hominis præter Wehrgeldum non possit eti-
am hoc Jure peti æstimatio operarum amissarum vel amit-

ten

tẽdarum,)(quod putat Glossa Latina *ad text. Germ.* Landr *lib. 2. art. 40. lit. b.* &, ut videtur, Colerus, *decis. 168. n. 7.* & Mauserus. *process. part. 1. art. 64.* eamq́ sententiam seqvuntur præjudicia ab Hartm. Pistore allata *par. 1. q. 16. in f.*) quoniã Wehrgeldum in locum æstimandi interesse successit, utut plerunq; ejus
41. quantitas inferior sit verâ damni æstimatione. Hodie † verò sicut pro vulneribus injuriâ homini inflictis Wehrgeldum non præstatur ampliùs: *Dn. Carpz. in prax. crim. par. 1. q. 34. n. 41.* ita neq; pro vulneribus illatis sine injuriâ. (utrobiq; tempore sæpius citati Hartmanni Pistoris & Coleri secus fuisse
42. colliges ex d. q. 16. in f. & ex d. decis. 168. n. 7. Ideoque † condemnatur hodiè in hisce terris Reus itidem, ut Jure civili, ad restitutionem impensarum in curationem factarum & æsti-
43. mationem operarum, prout fuerit petitum. ubi † enim, quod interdum contingere solet, actor altero est contentus, nihil supplendum est à Judice. *l. ædiles etiam. 25. §. item sciendum. 8.*
44. *in f. D. de ædil. edict. l. ut fundus. 18. D. commun. divid.* Atq; † secundùm hæc dominum bovis mulierem quandam vulnerantis ex Rescripto illustris Regiminis mense Februario anni currentis ad restitutionem tantùm impensarum in curationem factarum memini condemnatum.
45. (4) Animalium † quoq; Wehrgelda hodiè non frequentantur, (quidquid iterum observatum adhuc fuerit tempore Hartmanni Pistoris *ut apparet ex obs. 80. confer infr. c. 26. n. 12. 13.*) sed æstimatio eorum fit secundùm individua, ut jure com-
46. muni. Circa † vulnerationem tamen ipsorum singulariter est dispositum, quod dominus animalis nocentis alterum animal læsum recipere & curare debeat, donec reconvalescat. Landr. *lib. 2. art. 54.* So sol jener dann/ dem das Vieh ist/ das den Schaden gethan hat/ das gewundte Vieh halten in seiner Pflege/ so lange biß es wol zu Felde folgen und gehen möge.
47. Quæ † dispositio eò pertinet, ut dominus vulnerati onere curandi

randi animalis liberetur, ut vc dominus nocentis, si moriatur vulneratum, alterius negligentiam vel culpam arguere non possit: *ut supra c.8.n.7.* non † etiam, ut, si animal sanitati fuerit restitutum, tutus sit ab omni actione. Quamvis enim impensarum nomine, quas ipse jam præstitit, conveniri non possit. damnum tamen, quod dominus animalis sanati ex depretiatione animalis sentit, item ratione fructuum & operarum, quibus interim caruit aut imposterum cariturus est, resarciendum adhuc est. 48.

Unicum † addo singulare, quòd dominus animalis nocentis iis casibus, quibus Jure Saxonico ob negligentiam custodis vel famuli tenetur in subsidium, *v.c.3.n.108.* non condemnatur ultra æstimationem animalis nocentis. Landr. *lib. 2.art.40.* alß ferne alß sein Wagen Pferd oder Vieh/ das da gekümmert ward/ werth ist. sive, ut textus Latinus habet, usq; ad valorem equorum seu animalium, 49.

CAP. X.

DE NOXÆ DEDITIONE.

1. *Noxales actiones an sint arbitrariæ?*
2. *Noxæ etymologia & homonymia.*
3.4.6. *Noxiam ipsum delictum significare.*
5. *Noxam etiam sumi pro corpore delinquente.*
7. *Noxiam etiam tribui homini libero.*
8.9. *quomodo differat noxia & damnum.*
10. *Noxæ deditionem congruere Juri Mosaico,*
11. *Legibus Solonis,*
12.13.14. *& placitis Platonis,*
15. *ipsis Legibus* 12.*tabb.insertam fuisse.*
16.17. *Actio de pauperie an & quomodò sit noxalis?*
18. *Noxales actiones unde dicantur?*
19. *de quibus κατ᾽ ἐξοχὴν dicantur?*
20.24.25.26.27.30.45. *Petitio earum & sententia an debeant esse alternativa?*

21.46. *formulæ libelli in actione de pauperie.*
22. *Libellos hodiè concipi in tertia personâ.*
23. *an debeant adscriptum habere nomen actionis?*
28.29. *Explicatur § 1. J. de offic. Jud.*
31.32. *An actio de pauperie per ordinationem criminalem sit sublata?*
33. *Jure Saxonico Reum non liberari noxam dedendo!*
34. *Quid ibi sit loco deditionis?*
35.49. *Expulsio noxæ an quovis tempore fieri possit, ut deditio?*
36. *& derelictio juris civilis?*
37.38.39. *An noxæ derelictio liberet reum?*
40. *Explicatur l. 12. D. de noxal. act.*
41.42.43. *Deditionem noxæ esse veræ traditionis speciem.*
44. *An actor cogatur recipere noxam deditam?*
47. *De vocabulo* Buß.
48. *Quænam expulsioni æquipolleant.*
50. *Rerum derelictarum occupationem esse promiscuam,*
51. *nisi statuto aut consuetudine restringatur.*
52. *Quis occupare possit noxam expulsam?*
53.54.55. *Noxam Ju. i ibus non committi.*
56. *Effectus deditionis, liberatio domini,*
57. *interdum etiam tertii.*
58. *totum animal dedi debere.*
59. *Socium socio præripere posse hanc actionem.*

1. Evitat † Reus necessitatem damni restituendi, si noxam dedere malit. *l. 1. D. de noxal. act.* Quæ tamen dedendi facultas hanc actionem non facit arbitrariam, non obstante §. præterea. 31. ibi vel ex noxali causâ servum dedat. J. de act. ubi tantùm de actionibus noxalibus servorum. nec ea mens est Imperatoris, per qualitatem eam noxalem mutare genus actionis principalis, uti interpretari videntur Hotomannus & Giphanius ad istum textum (aliàs omnes etiam actiones, ex quibus aliquid est solvendum, essent arbitrariæ *per verba d. §. 31. vel solvat sed*

tantùm

tantum quid in arbitrariis actionibus Reo faciendum sit, ex-
ponere. Quæ autem sint arbitrariæ, in sequenti demum
versiculo per exempla demonstrat. ut intelligas, noxales acti-
ones posse esse arbitrarias, non quà tales, sed ratione inten-
tionis principalis si hæc actionem faciat arbitrariam.

Noxa à nocendo dicta *l. 1. §. cum servus. vers. neq; enim.* 2.
D. de his qui effud. varias habet significationes. interdum i-
psum factum denotat: *l. 1. D. de noxal. act.* ita noxa dicitur
committi; *§. omnis autem. 5. J. de noxal. act. l. Prætor ait. 7. §. 1. D.*
de damn. inf. l. quid sit. 17. §. quod ajunt. 17. D. de Ædil. edict. & ser-
vus nocere noxam; *l. si à substituto. 45. §. 1. D. de legat. 1. l. pretia*
rerum. [illegible] pr. D. ad l. Falcid. & pœna noxæ esse vindicta. *l. aliud*
fraus. 131. pr. de V. S. interdum qualitatem facti: ita in Instru-
mentis Pacis Cæsareo Suecico & Cæsareo-Gallico sæpis-
simè: sine noxâ quid fieri debere. *confer d. l. 131. ibi: fraus &*
ipsa noxa dicitur. de V. S. interdum reatum, obligationem & a-
ctionem ex isto facto: ita noxa dicitur caput sequi; *l. fin. D.*
junct. §. omnis autem. 5. J. l. qui ex pluribus. 20. D. de noxal. act. &
servus noxâ solutus. *d. l. 17. §. 17. & §. seq. D. de Ædil. edict.* inter-
dum damnum, quod ex facto sentimus: ita noxam sarcire. *l. 1.*
§. cum arietes. 11. D. si quadr. pauper. ubi tamen alii legunt noxiam.
interdum pœnam, aut id, quod pœnæ loco est: ita animal di-
citur noxæ dedi vel in noxam. *l. 1. §. cum arietes. 11. §. noxæ. 14. D.*
si quadr. pauper. nisi illam priorem phrasin NOXÆ DEDERE
malis explicare cum Tiberio Deciano, *in tract. crim. lib. 1. c. 15.*
n. 6. quòd idem sit ac dedere pro noxâ, i. e. damno dato. De-
nique significat interdum noxa ipsum corpus, quod nocuit: §.
1. J. de noxal. act. ita noxa dicitur dedi. *§. 1. J. de offic. Jud. l. si ali-*
us. 7. §. Neratius. 1. D. quod vi aut clam. (ubi tamen aliæ editiones
habent: in noxam det.) l. 1. pr. D. de his qui effud. (ubi tamen alii le-
gunt: aut noxæ dedere quam lectionem defendit Decian. d. l. n. 10)
Noxia verò ipsum est delictum. *d. §. 1. J. de noxal. act.* undè 3.

Glossa *ad l.1.pr.vers.si quadrup.* [illegible] *§.1.verb.ipsius delictum* [illegible] *si quadrup.pauper.sec.* [illegible] versiculum fecit.

Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. Utram-
4. que [illegible] carpit Valla, cui etiam quoad vocabulum [illegible]
tiuntur Bachovius, *de action.disp.* [illegible] *p.134.* [illegible]
Decian *d.c.15.n.8 & seqq.qui etiam d.* [illegible] *1. corrigit* [illegible]
5. *gens NOXIUS.* Utrumque è contrario bene defendit [illegible]
ciatus, *lib.4.de V.S.p.m.* [illegible] à Deciano licet graviter oppugna-
tus: Ego apud veteres, ait, noxam à nocendo dictam invenio,
unde præter pœnam etiam nocumentum significat. [illegible]
pene habet ad l.plebs est.237 n.1 [illegible] *de V.S.*) Merito ergo, [illegible]
servus qui nocuit, noxa dici potest sicut & [illegible] illa [illegible]
noxa appellatur, & (quod nos addimus) Heroum filii in pro-
verbio noxæ audiunt, i.e. homines nocentes & improbi. [illegible]
6. xiam [illegible] etiam pro facto ipso apud Latinos usurpari [illegible]
tus Author (à Deciano etiam *d.l.n.* [illegible] *13.* hac in parte [illegible]
tus) ex Cicerone, *noxiæ pœna par esto*, M. Manilio, (*Q* [illegible]
am infelix [illegible] *& noxia felix*) Plauto, (*suspectus sum* [illegible]
reo noxia) & Terentio (*ivre incipiendi* [illegible]
am) abunde probat. Juris nostri usus ubique est obvius [illegible]
& [illegible] *si quadr.pauper.* [illegible] *ff.* [illegible] *de* [illegible]
noxal act. l. quis sit.27.§ [illegible] *D de ædil.edict.* [illegible] *C.* [illegible]
7. *vers.* [illegible]. In † quo ultimo textu noxia etiam libero homini
tribuitur, cum alias de factis plerumque servorum & anima-
8. lium dicatur, in vel eo differat noxia à damno, quod damnum
etiam detur ab hominibus sui juris, noxia secundum illum
frequentiorem Juris nostri usum tantum ab animalibus do-
9. minio nostro subjectis. Vice [illegible] verså nec omnis noxia da-
mnum est. noxia est etiam, ubi servus furtum facit aut rapi-
nam aut injuriam *d.§.1.7. de noxal. act.* noxæ appellatione
omne delictum continetur. *l. plebs est.238.* [illegible]
ubi tamen [illegible] *noxæ.*

Noxa

Noxæ autem deditio valdè est antiqua, ex ipsâ Lege Mosaica suam quodammodò originem trahens. *v. Exodi. 21.* 10.
Post † hanc de Solone refert Plutarchus, *in ejus vitâ*, quòd Legem scripserit de damno quadrupedum, atque ibidem canem, qui momorderit, dedi jusserit cubitorum quatuor vinculo alligatum. De † eâdem re Plato *lib. 11 de legibus prope fin.* ita cavet Si jumentum, aut eqvus, aut canis; aut aliud animal domesticum proximiorem attriverit, animalis dominus damnum similiter restituat. Quod † Joachimus Stephani *de Jurisdict. lib. .c. 10. n. 156.* intelligit, quasi Plato simpliciter damni dati compensationem domino nocentis animalis injunxisset, & idcircò Legem 12. tab. quæ noxæ deditionem concedat, ad L. Mosaicam propiùs putat accedere, quàm Legem Platonis. Verùm † Platonem noxæ deditionem non exclusisse, rectiùs sentit Grotius; *in flor. Justin. ad tit. D. si quadr. pauper. p. m. 224.* ubi Platonem inducit eodem modo volentem resarciri damnum datum ab animali, ac si servus fecisset. De servo autem damnum dante idem Plato: *d. l. 11. in versic. praced.* si servus vel serva alienæ rei offecerit, sive imperitiâ, seu immoderato aliquo usu, nec qui damnum passus est, causam præbuerit, dominus ejus aut satisfaciat, aut servum servamve illi, qui damnum passus est, tradat. Quod ipsum ferè de servo hominem liberum vulnerante jam ante docuerat: *lib. 9. de legibus prope fin.* Si servus liberum irâ percitus vulneravit, à domino tradatur vulnerato, ut arbitratu suo injuriam ulciscatur, nisi damnum ipse velit recuperare. ut vertit Marsilius Ficinus. rectiùs & ad Græcum textum accommodatiùs vertisset: si non dediderit, (dominus) ipse damnum præstet. ne putes, electionem à Platone datam fuisse vulnerato. De † Romanis constat, quòd in casu etiam pauperiei noxæ deditionem ipsi 12. tab. Legi inseruerint. *pr. J. l. 1. pr. D. si quadr. pauper.* ut † dubium non sit, quin actio de pauperie sit noxa- 16.

lis *l.1.§.noxa autem.14.D.princ.& ibi G.phan.verb.noxalis actio.*
17. *J.h.t.Fomann. ad Inst.disp.32.th.10.lit.a.* & † quidem verè noxalis, non tantùm per similitudinem, quod putat Wesenbecius, *pr.n.1.J.si quadr.* eâ ratione motus, quòd nulla noxa hic subsit: cum tamen noxa in proprio sensu non delictum significet formaliter, sed materialiter factum saltem, quo nocitum est, quod æquè propriè de animali prædicatur, atq; de homi-
18. nibus. neq; † tam à noxâ, quando pro causâ actionis sumitur, noxales dicimus actiones, quàm ab effectu, noxæ deditione, quæ demùm actionem facit noxalem. *arg. l. in delictis. 4. §. fin. & l. seq. pr. &* §.1. *junct. l. noxalis.7.D. de noxal. act.* reverà au-
19. tem noxa deditur etiam ob pauperiem. Quamvis † non negemus, κατ' ἐξοχὴν noxales actiones poni sæpissimè in strictiori sensu pro noxalibus actionibus ex delictis servorum. *l. 1. D. de noxal. act. l. plebs. 238. §. fin. de V.S.*
20. Illud † circa omnes noxales actiones controversum valdè est, utrùm actor alternativè debeat petere, & Judex alternativè condemnare, an sufficiat simplex damni restituendi petitio, & condemnatio simplex? Dubitare videtur Bachovius, *de action. disp.8.th.18.p.134.* tutiorem tamen ex consilio Johannis Fabri existimare alternativam. Simplex contrà petitio magis placet P. Jacobo Aurelianensi *pract. tit.149 n. 2.* & Speculatori, *lib.4. part.4. tit. de injur. rubr. de damno dato. §.1. n.*
21. *17.* qui ideò † *n.12.13.* tales ponit formulas libelli: Coram &c. conqueror de P. cujus quadrupes, fortè eqvus vel asinus motus naturali feritate mihi tale damnum dedit in rebus meis, quod damnum æstimo 20 & ad hoc, propono actionem in factum de pauperie. Item: ago contra P. ut mihi solvat æstimationem damni, quam facio vel æstimo 20. quod damnum eqvus suus rebus meis intulit naturali feritate, puta fregit vasa mea & vinum est effusum, & ad hoc propono actionem &c. (quam formulam etiam proponit Odofredus *in tract. de libel-*

di formand. par. 2. tit. de action. in fact. de pauper.) sicut: Curiam &c. conqueror de P. cujus equus calce me percussit, & mihi crus fregit, vel brachium, vel mihi oculum effodit, vel autem dentibus præcidit, vel me vulneravit, & propter plagam me oportuit decem dare medicis, & alia 10. expendi in curatione, unde pauperatus [illegible] & tot pro operis, quibus carui & cassatus sum, & ad hoc &c. Easdem formulas habet Roffredus Beneventan. *in tract. ord. Judic. par. 4. tit. de act. in fact. de paup. 20 n. [illegible]* Ubi obiter monemus, longe aliam 22.
hodie esse faciem libellorum in tertia persona, non in prima (in [illegible] ad modum supplicis libelli porriguntur, ut in causis summariis concipiendorum. Quidem formulam prioribus meliorem & ad stylum nostri fori hodiernum propius accedentem exhibet Jacobus Aurelian. *d. tit. 149. n. 1.* Coram vobis domino Judice Montis Pessulani dicit & proponit in judicio Petrus contra Martinum, quod mulus dicti Rei, cujus muli pilus est albus, occidit feritate sua commotus quendam porcum colore bruno & nigro petassatum, ad dictum actorem jure dominii pertinentem, & communi æstimatione 20. sol. Tur. valentem. Quare agit dictus actor contra dictum Reum dicti muli possessorem, ut sibi prædictos sol. Tur. det & solvat in emendam dicti porci, & petit a vobis, dicto domino Judice, ut dictum Reum &c. ad prædictos 20. sol. Tur. per vestram sententiam condemnetis, & condemnatum. &c. Non ha- 23.
bent hodie libelli adscriptum nomen actionis (quam etiam adscriptionem jam olim [illegible] arbitrariam, tam de jure Canonico *[illegible] libell. [illegible] Baldus n. 1. X. de judic.* quam civili *[illegible] l. [illegible] § 1. D. de edendo [illegible] tit. 13 [illegible] l. [illegible] libell. edit. c. 3. C. de edendo. [illegible] Bald. [illegible] n. 4. [illegible]*) rem tamen sive actionem [illegible] imo [illegible] etiam sine nomine cognoscen-

24. gnoscendam. Ad † rem. Rofredus Beneventanus *d. l. n 1.* eos simplices vocat, qui putant, libellum in actione de pauperie alternativè esse concipiendam: cum solum damnum sit in obligatione & ejus restitutio. *Alexand. de Nevo in addit. ad Speculat. lib. 4. par. 4. tit. de injur. rubr. de damno dato. §. 1. n. 12. Gl. ad l. 1. pr. verb. offerri. D. h. t. Azo. n. 8. J. h. t.* E. & in actione & condemnatione: *arg. l. 1. D. de noxal. act.* absurdum enim esse, plus esse in actione, tanquàm effectu, quàm fuerit in causa. Noxæ verò deditionem in obligatione non esse, sed tantum in permissione, *pr. ibi: permittitur. J. de noxal. act. l. miles. 6. §. decem. 1. D. de re judic.* seu in solutione *d. l. 6. §. 1. Gloss. ad l. 7. §. 1. verb. dedamus. D. de damn. inf.* id est, legem indulsisse Reo, ut per noxæ deditionem se possit liberare. *pr. J. si quadr. pauper. l. 1. pr. D. de noxal act.*

25. Alii † alternativè peti omninò volunt, *Paul. de Castro ad l. Prætor ait. 7. §. hoc edictum. n. 1. D. de damn inf. Hunn. ad Treutl. de L. Aquil. th. 2. lit F. p. 1241. Schotan. in Exam. Jurid. h. t. p. 306. Wesenbec. n. 6. Cujac in Paratit. Gothofred. ad l. 1. pr. D. hic. Terminus process. c. 192. n. 2. Gœdd. par. 1. disp. 17. th. 3. lit. c. Meier. Colleg. Argent. h. t. § 1.* aut actorem, qui alternativè non petierit, incidere in vitium plus petitionis: *Wesenbec. pr. n. 1. 8. 10. Schneidew. n. 8. 11. J. hic.* Neque suis hi destituuntur rationibus & gravissimis fundamentis: quoniam hæc actio est ex L. 12. tab. Lex autem voluit aut dari id, quod nocuit, aut æstimationem noxiæ offerri. *l. 1. pr. D. h. t.* Si ergò actio de pauperie secundum istam legem fuerit instituenda, alternativè erit petendum. Quam actionis formulam etiam innuere videntur textus *in l. 1. § cum arietes. 11. verbis: aut noxam sarcire aut noxam dedere oportere. l. interdum. 15. ibi: non convenietur, ut noxæ dedat. D. h. t. l. in delictis. 4. §. fin. ibi: detractâ noxæ deditione actum sit. & ibi: agendo cum noxæ deditione. l. si plurium. 5. D. l. si servus. 4. C. de noxal. act.* & Paulus. *lib. 1. sent. tit. 15. pr. ibi: ut aut damni æstimationem*

nem jubeat, aut quadrupedem dedat. In Basilicis etiam *lib.60.tit. 2.l.1 pr.* hæc actio dari dicitur in deditionem animalis vel æstimationem damni. Et, si actio est noxalis, petitionem etiam, in quâ actionis substantia consistit, noxalem esse oportet. aut quæ aliàs esset differentia inter formam actionis noxalis & directæ, quâ itidem simpliciter sola damni petitur restitutio? *confer d.l.4.§.fin.& l.seq.D.de noxal.act.l.1.§.15.D.h.t.* Neque deberet Judex condemnare alternativè, *ex præscripto l.1.J de offic.Jud.l.si serv.2.C.de noxal.act. d.l.1.§.1.de re judic.* si petitio pura esset, ne contingeret sententiam difformem esse libello.

Hæc † in utramq; ita disputantur partem. Probabile est, 6. initio damni tantum restitutionem hâc actione fuisse petitam, cum adjectione tamen certorum verborum, ex quibus cognosci potuerit actionis, forsitan nominatim non expressæ, qualitas: v.c. Ajo te mihi decem dare oportere ex noxali causâ, vel, quam formulam habet Cujacius, *in paratitl.D.h.t.* propter quadrupedem illam tuam. Sanè in formulâ, quam Prætor Judici præscribebat, expresse adjectum fuisse de noxæ deditione, patet ex Edicto Prætoris de effusis & dejectis. *l 1 pr. ibi: in judicio adjiciam, aut noxam dedere. D.de his qui effud.* Postquam autem vel formulæ istæ solennes fuere sublatæ, vel ex quibusdam causis dominum placuit non liberari noxam dedendo, noxæ deditio in illis causis, in quibus adhuc locum ea habebat, in libello expressè etiam videtur adjecta fuisse, tanquam declaratio petitionis & intentionis; *quorsum pertinet d.l.4.§.fin D.de noxal act.* quòd scilicet actor nolit ablatum Reo legis beneficium; non tanquam pars petitionis principalis. Libellum † tum secutus, aut potiùs (non atten- 7. to libello) legis indulgentiam ex officio exprimens Judex *d.l. 6.§.1.ibi quæ è lege tribuitur & l.item veniunt.2.§.idem rectè.5. ubi: officio judicis liberari.D.de hered.petit.* rectè pronunciabit: Publium Mævium Lucio Titio in decem aureos condemno,

28. aut noxæ dedere. §. 1. Inst. de off. Jud. Quam † formulam Rofredus Beneventanus supra citato loco, non adeò improbum causam malè agens, torquet miserè & mutilat. Cum enim opinioni suæ de libello non-alternativè concipiendo videat obstare, quod in d. §. 1. de sententiâ alternativè ferendâ constituitur, audacter respondet: ex litera illa colligimus contrarium. nam ita dicit Judex in actione noxali: Lucium Titium in decem condemno, ecce scilicet sententia. aut noxæ dedere, illud est consilium Legis. Hæc Rofredus, ille Cæsarei Pontificiiq; Juris Professor Clarissimus, & Practicorum omnium facilè Princeps. quâ inscriptione statim in limine sui volumi-
29 nis superbit Author. Enimverò † bonus hic admodum dormitavit Homerus. Neque litera, ad quam tamen provocat, ejus patitur explicationem, nec alii loci paralleli. NOXAM DEDERE, ita habet Imperator, pro UT NOXAM DEDAT, idq; ad condemnationem ipsam refert: quemadmodum Ulpianus *in spec. d. l. 7. §. 1. de re judic.* DECEM AUT NOXÆ DEDERE CONDEMNATUS. adde Gordianum *in d. l. 2. C. de noxal. act.* ibi: ita condemnari debeant (domini) ut aut noxæ dedere aut condemnationem sufferre habeant in sui pote-
30. state. Ut † ergò sententiam in actionibus noxalibus esse debere alternativam luce meridianâ fit clarius: *confer Ant. Alfer. consil. 4. n. 7. 10.* quamvis ea, quatenus noxæ deditionem continet, propriè loquendo non sit condemnatoria, *d. l. 6. ibi: hic enim solâ condemnatur. D. de re judic.* sed officium Judicis potius explicet liberatorium; *arg. d. l. 20. §. 5. de hered. petit.* neq; faciat, ut deditio noxæ incipiat esse in obligatione, quæ, ut supra dictum, antea tantum erat in solutione. *Johann. Francisc. Ripa ad l. miles. §. decem. n. 1. D. de re judic.*

31. Equidem † qualitatem eam noxalem aut ipsam etiam actionem de pauperie per Ordinationem Caroli V. criminalem *art. 136.* sublatam esse contendunt Köppen, *lib. 2. obs. 78. n.*

10. Treutlerus *ad L. si quis l. 2. h. t. F.* & ibi Hunnius *p. 242.* Schnobelius, *ad Pandect. disp.* ... Goeddæus, *p. r. 1. disp. 17. §. 4.* & ut videtur Busius *ad l. 1. §. plane n. 2. D. h. t.* Sed † contrarium rectè tuentur Meierus *Colleg. Argent. h. t.* §. 14. & Dn. Han. *in not. ad Wesenbec. n. 6. D. si quadr. pauper.* Nihil disponit prædicta Constitutio circa civilem actionem, sed criminale Judicium introducit, & quidem in tali casu, in quo actio de pauperie vix locum esse potest. Ipsa autem actio de pauperie, siquidem ante Ordinationem competiit, vel ideo sublata ibi esse nequit, quod criminalis actio civilem non tollat *arg. l. un. C. quando civil. act.* ... actiones pœnales i. e. ex delicto oriundæ de eodem ... concurrentes alia aliam non consumat, ut in simili decidit Imperator *§. fin. J. si quadr. paup.* 32.

Jure † Saxonico (ut & Longobardorum jure. *v. Nicol. Carbo. pract. lib. 2. c. 7. n. 54.*) noxæ deditio Reum non liberat. Weichb. *art. 121.* Geschicht aber iemand Schad von eines Mannes Pferd oder Schwein oder andern zahmen Thieren / wil es ein Mann verantworten / das mag er thuen / und gelte den Schaden. L. R. und *l. lib. 2. art. 40.* Nimmt der Herr das Thier nach der Zeit / als er es erfähret / das es Schaden gethan / wieder an seine Gewehr / er sol den Schaden gelten nach seinem rechten Wehrgelde. *...er Dn. Carpz. ... prax. crim. q. 131. n. 21.* Deditioni tamen noxæ eo jure similis est expulsio noxæ, modo ea fiat statim, postquam rescivit dominus nocentis animalis, pauperiem esse factam. Landr. *d. lib. 2. art. 40.* schlägt er es aber aus / und hauset noch hofet es nicht / noch treibt und trincket es nicht / so ist er unschuldig an den Schaden. Atq; ita etiam intelligendus est textus Weichbilds *d. art. 121.* wil er das nicht thuen / so verzeihe er sich des Viehs / das den Schaden gethan / und antworte nicht mehr dafür. *... v. ... n. 10.* Unde † apparet, differre expulsionem istam à noxæ deditione Juris civilis. *Fachs. ... tr. 18. Remb. ... d. p. r. 5. ... r. 17. (apud Zobel. par. 4. differ.* 33. 34. 35.

 fer.

fer.8.) *Dn.Carpz.prax.crim.q.131.n.19.* quoniam noxæ deditio
quocunq; tempore, etiam post sententiam, fieri potest: ex-
pulsio post susceptum Judicium minimè. deditio est anima-
lis etiam recepti; at Jure Saxonico Reus optionem eo ipso a-
mittit, si post damnum cognitum inveniatur possessor ani-
36. malis. *Coler.decis.168.n.4.* In† quo expulsio vel derelictio
Saxonica etiam differt à derelictione Juris civilis, quæ etiam
post receptionem noxæ quocunq; tempore facta (modò ante
litem, ut puto, inchoatā) dominum liberat *l.quemadmodum.*
38.§. ulcimus.1.D.de noxal.act.l.item.si res.4.§.1.D.de alien.jud.
37. *mut.caus.* Nec† obstat, quod qui dolo malo desiit possidere,
nihilominus actione de pauperie teneatur: *v supra c.6.n.8.* do-
lo malo a. videatur desinere, qui noxam habet pro derelicto
arg.l.si bonâ fide.12.D.de noxal.act.l.sed & si rem.5.junct.l.præter,
D.quæ in fraud.credit.& per ea, quæ adduxi in Discurs. super. de
38. *prohibita litigiosi alienat.pos.4.n.31.32.* Respondeo† enim, negā-
do in isto argumento Minorem: Neq; valet ad ejus probatio-
nem argumentum *ex d.l.5.D.quæ in fr.cred.* à debitore per de-
relictionem actiones suorum creditorum prorsus reddentis
steriles (quippè non competentes contra inventorem nullo
jure creditoribus obligatum) ad dominum noxæ, qui dere-
linquendo actionem noxalem non facit inanem, utpote con-
39. tra novum dominum competituram. Is† quoque, qui rem
litigiosam derelinquendo litem jam cœptam interrumpere
conatur, ei, qui re adhuc integrâ re suâ carere, quam litibus
vexari mavult, comparandus non est; cum ipse Prætor vere-
cundam ejus cogitationem, qui lites exsecratur, collaudet, *l.*
item si res.4.§.1.D.de alien.jud.mut.caus. & per hoc ipsum à frau-
40. de eum excuset & dolo. In† primo textu *l.12.D.de noxal.* ad
verbum DIMISERIT de alienatione explicat Glossa ad istum
textum. Existimaverim, aut per dimissionem ibi intelligi fa-
ctum bonæ fidei possessoris, quo servum hactenus possessum

vero

vero domino dimisit; quod non est habere pro derelicto) aut talem dimissionem post quam servus auffugit, ut non possit amplius deprehendi; aut dimissionem lite contestatâ factam: & tum verba, NE AGI CUM EO POSSIT, ita explicanda esse, NE PORRO VEL ULTERIUS AGI, sive IN ACTIONE INSTITUTA PERGI POSSIT.

Sed † & alia inter noxæ deditionem & expulsionem est 41. differentia, quod hæc in abdicatione saltem dominii consistit, illa dominium directè transfert, & vera est traditionis species *l. 1. §. noxæ autem. 14. D. si quadr. pauper.* quamvis † id 42. non credat Glossa Germanica, *ad* Landr. *lib. 2. art. 40. n. 4.* frigidâ mota ratione: Denn das were ja erbärmlich zu sehen / ob ein Vieh einem sein Kind umbbracht hette / und dem Vater dasselbe nach Hause geschickt würde / daß er es für den Augen haben müste. Itaq; noxæ deditionem juris Romani in sequentibus ita explicat: es wird allein gesagt / daß man es dem Beschädigten vor seinen Schaden lassen sol/nu lest mans ihm auch / wenn man sich sein nicht annimmt. Quæ † profectò Glossa confun- 43. dit habitionem pro derelicto, *de quâ d. l. 38. §. 1.* aut defensionis denegationem, *de quâ l. non solum autem. 29. D. de noxal. act.* cum deditione noxæ. fallitur † autem in eo, quod putat, cogi 44. actorem jure civili ad recipiendam aut retinendam noxam, si Reus deditionem offerat; cum tamen liberum sit actori, si adeò ægrè ferat illatum damnum, ut noxam adspicere nolit, vel non accipere eam, vel acceptam iterum derelinquere.

Faciunt † prædicta etiam differentiam inter Jus civile 45. & Saxonicum ratione libelli, cujus petitionem de jure civili non male fieri alternativè suprà adseruimus. *n. 26.* Jure verò Saxonico, quoniam expulsio dominum noxæ non juvat, nisi statim ante omnem litem facta, damni restitutio simpliciter petenda est. Formulam † habet Mauserus: *process. par. 1. ar-* 46. *tic. 64.* P. P. Kürtzlich sagende / alß vor wenig Tagen Kläger ne-

ben der Strasse an einem gewöhnlichen Orthe neben andern Männern gestanden / ist des Beklagten Pferd vorüber gangen / und ohne Anregung den Kläger wieder die Arth seines Geschlechtes und aus eigener Bewegunge mit einem hindern Fuß geschlagen und verwundet / daß er dem Artzt umb Heilens willen 5. fl. zu Lohn hat geben müssen / darumb hat er sein Handwerck umb solcher Verletzung willen nicht treiben können und also in Versäumnüß 6. Wochen Schaden leiden müssen. ob er wol den Beklagten, weil er das Pferd nach begangenen Schaden in seine Gewahrsam genommen / mehrmahls ersucht und begehrt hat / ihm das angezeigte Artzgeld und Versäumnüß sambt geordneter Busse zu vergnügen / so hat er sich doch dessen bißher geweigert dem Kläger zu Schaden und Nachtheil / weil er dañ seiner Verweigerung keine genugsame beständige Ursachen fürwenden kan / so fordert Kläger richtige Antwort / und darnach bittet er im Rechten zu erkennen, daß der Beklagte schuldig sey das Artzlohn und Saumnüß / wie obsicht / sambt verordneter Buß dem Kläger zu erlegen / mit Erstattung Schäden und Gerichtskosten.

47. Ubi nescio, quid intelligat per Buß / emendam, nisi fortè Wehrgeldum. *de quo v. c. 9. n. 40. 41.*

48. Cæterum expulsio non ita rigidè Jure Saxonico requiritur, ut non perinde liberetur dominus noxæ, si eam dimiserat, aut non admittat revertentem, aut admittat quidem, non tam animo eam retinendi, sed ut eam statim remittat vel ad ipsum læsum, vel ad Judicem, ut is porro restituat læso. *Termin. proc. c. 102. n. 8.* quæ remissio à deditione parum abest.

49. In illo etiam casu, quo dominus noxæ de pauperie tenetur in subsidium, *v. c. 3. n. 108.* quoniam ultrà æstimationem animalis nocentis non tenetur, *v. c. 9. n. 49.* dimissio noxæ quocunq; tempore facta, quod tanquam exceptionem non obstat ad præcedentia, Reo prodest ad liberationem. Quorsum refero, quod indefinitè dicit Landrecht; *lib. 2. art. 40. vers. wel-*

chen

denn daß daraber der Mann muß ihn gelten etc. oder er muß den Schaden ...

Sciendum † autem est, quòd, licet in rebus pro dereli- 50.
ctis habitis Jure Gentium & civili promiscua sit occupatio, & per hanc acquisitio; *l. 1. & pen. l. fin. l. qui. l. 5. §. 1. D. pro derel. §. quæ enim ... Inst. de rer. divis.* cum res, quæ sunt nullius, naturali ratione cedant occupanti; *Inst. d. §. ter. vers. quod enim ante. Inst. de rer. divis.* animal etiam expulsum aut dimissum propter prædictam dominii abdicationem, antequam ab alio apprehendatur, videatur esse nullius: *arg. d. §. pen. l. pro derelicto. l. 1. D. pro derel. l. ... 38. §. Julianus. 1. D. de noxal. act.* Statutum † tamen aut consuetudo in rebus ejus- 51.
modi nullius limitare possit indefinitam istam occupandi licentiam eamque ad certas personas restringere, ut hodiè factum est in feris bestiis & rebus quibusdam in littore inveniendis. Et † hinc est, quod Jura Saxonica in animalibus præ- 52.
dicto modo expulsis (si fuerunt, occupandi ea exemplo noxæ deditæ) potestatem ei solùm, qui damnum passus erat, tribuentia. *Landr. lib. 2, art. 40.* so unterwinde sichs jener vor seinen Schaden/ so er will. & paulò post: so behält es denn jener vor seinen Schaden. *adde ibi gloss. Lat. ad text. Germ. lit. c.* Ut † pro- 53.
indè Judices illi malè judicent, qui animal hominem fortè occidens sibi vindicant, quasi sibi commissum, alß wer es den Gerichten verfallen, contra quos etiam pronunciatum refert Colerus. *dec. 168. n. 14. 15. 16.* Imo † etiamsi Statutum aut 54.
consuetudo ad Judicem pertinere velit animal nocens, id tamen non aliter esse intelligendum Scabini Lipsienses aliquando existimarunt, quam si dominus noxam expulerit, & læsus eam noluerit recipere. *not. marg. ad Gloss. lat.* Landr. *d. lib. 2. art. 40.* Nec † facienda est exceptio in casu, quo animal 55.
proprium dominum occidit; *v. d. not. marg.* cum eo casu nequidem actio de pauperie habeat locum.

Ef-

56. Effectus † noxæ deditionis ex præcedentibus satis patet, quia enim iniqvum est, animalia, quæ noxam commiserunt, ultra sui corpus dominum onerare, *l. Prætor ait. 7. §. hoc edictum. 1. D. de damn. inf. §. summa autem. 2. l. si servus. 2. pr. D. de noxal. act.* noxæ deditio domino animalis prodest ad liberationem, *c. fin. X. de injur. pr. J. si quadr. pauper.* & ad evitandam litis æstimationem. *l. 1. D. de noxal. act.* secundùm quod pronunciârunt Domini Helmstadienses, *apud l. n. Han. ad W[illegible] n. 3. D. h. t.* & consuluit Cavalcanus. *par. 2. decis. 27. n. 57.* Prodest † etiam interdum tertio, aliàs actione doli convenien[illegible].
57. *v. l. & eleganter. 7. §. si quadrupes. 6. D. de dolo, quâ de re fusius [illegible] n. 123. & seqq.*

58. Totum † autem animal dedi debet, non pro parte. *l. si servus communis. 8. D. de noxal. act.* adeò ut neque, si animal commune fuerit, socius pro suâ parte, *d. l. 8. v. c. 6. r. 1[illegible].* neq; vice versâ, si animal in re communi damnum dederit, dominus animalis ab uno ex sociis conventus pro ratâ actoris dedere volens audiatur. *l. si servus servum. 27. §. item si servus. 2. D. ad L. Aquil. adde l. si in communi. 19. pr. D. de noxal. act.* deditione no-
59. xæ divisionem non recipiente. *d. l. 27. §. 1.* Potest † itaq; socius actionem hanc de pauperie socio præripere, ut tamen ipsi vicissim teneatur actione communi dividundo. *v. d. l. 1[illegible]. D. de noxal. act. Bachov. ad Wesenbec. n. 5. D. h. t.*

CAP. XI.

DE ANIMALI OCCISO.

1. *Bovis ab animali occisi aliquem esse usum.*
2. *an ejus carne vesci liceat.*
3. 4. *& seqq. cadaver bovis occisi cujus sit?*
5. 6. 7. *Explicatur c. 3 X de injur.*
8. *& seqq. Diversitas Juris Mosaici & nostri circa noxa deditionem.*
9. *An noxa sola veniat in petitionem?*

10. *An noxa detur in compensationem damni?*

11. *Differentia inter noxæ deditionem & præstationem æstimationis litis.*

QUæritur † de re peremtâ, ad quem ea pertineat? v. c. si bos sit occisus, cujus sit cadaver, noxâ deditâ? Licet enim morticina (i.e. sponte suâ mortua) abjiciantur plerunq; , nec in ullo habeantur pretio; *arg. l. un. §. fin. D. de viâ publ.* imò mercede etiam datâ evehi curentur loci purgandi causâ: attamen propositam quæstionem, utpote de animalibus occisis loquentem, inutilem non esse, facili negotio demonstramus. *v. l. pen. D. quib. mod. ususfr. amitt. l. mortuo bove. 49. pr. de legat. 2. l. si servus. 14. §. bove surrepto. 2. D. de condict. furt.* Corio † adhuc uti possumus, carne vesci. non obstantibus Exod. 22. vers. fin. Levit. 22. vers. 8. Ezech. 44. vers. 31. ubi caro animalis interfecti comedi non debet, sed canibus objici. quoniam loqvuntur de carne animalis, non à pecude occisi, *ne obstet Exod. 21. vers. 35. 36.* sed à ferâ bestiâ discerpti & prægustati; *confer Levit. 17. vers. 15.* aut, si malis, singularis ea est prohibitio in casu animalis ita occisi, ut sanguis effusus non sit. *Ita interpretatur Arnoldus Albertinus in rubric. de Hæret. q. 1. error. 5. n. 65 (in opere repetition. Jur. Canon.) confer Genes. 9. vers. 4. Actor. 15. vers. 20. Levit. 7. vers. 26. 27. & c. 17. vers. 10. & seqq.* ubi tamen sufficit, adipem animalis ita occisi in usu esse potuisse. *Levit. 7. vers. 24.* Et verò tantùm populo Judaico præscripta est hæc Lex, cumq; republicâ eorum jamdudum exspiravit, ut citra peccatum hodiè etiam reliquiæ istius lanienæ ab homine possint absumi, modò possint sine nauseâ & sine periculo. ajunt enim, quarundam ferarum morsus veneno corpus lacerum inficere, vel totum, vel quatenus dentes feræ contigerint carnem. Nostram † ergò quæstionem quod attinet, videntur caro & cori- 3.

1. (margin, beside first line) · 2. (margin, beside "Corio † adhuc uti possumus")

um

um bovis occisi Reo, qui noxam dedidit, esse relinquenda_ tum (1 per text. c. si bos alienus. 3. X. de injur (2) tum jure permutationis aut transactionis, quam noxam recipiens cum dedente tacitè iniisse censendus. *arg. l. ejus rei. 46. D. de rei vindic.*
4. Verùm † cum nuspiam in jure nostro noxæ deditio respectu dedentis modus habeatur adquirendi dominii, animal occisum potius dixerim manere in dominio ejus, in cujus vi-
5. vum erat, donec probetur transiisse ad alterum. Id quod † adductæ rationes non persuadent. (1) Textum enim d. c. 3. Compilator Decretalium ex Exodi c. 21. vers. fin. arripuit. qui quidem versiculus duplicem habet intellectum: unum, quòd dominus bovis occidentis bovem, non occidentem, sed alium, qui occiso par sit, det domino bovis occisi. alterum, quòd
6. bovem ipsum occidentem det pro occiso. Priori † sensu etiam ex ratione nostri Juris concedimus, cadaver esse ejus, qui dat bovem. quia bos ita datus noxa non est, sed res rei peremtæ ita æquivalens, ut per hanc dationem perindè atq; præstitâ litis æstimatione omne damnum resarciatur domino bovis occisi, qui, postquam ita satisfactum est sibi, in lucro morari non debet. *confer in simili Exod. c. 21. vers. 33. 34. unde desumtum c. si quis aperuerit. 2. X. de injur. Aymo Publit. ad Consuet. Arvern. tit.*
7. *28. art. 13. n. 3.* Posteriori † sensu stante Legem istam Mosaicam inter Decretales positam existimo, non ut idem jus hodierno foro applicaretur, sed ut compararetur saltem cum Jure hodierno, & ut referretur ibi, ut loqvuntur, enunciativè.
8. Casus † enim ejus est in bove, quem scivit dominus esse cornupetam, quem sanè hodie dare pro bove occiso non suffi-
9. cit. *v. c. seq. n. 2. & seqq.* Neq; † Jure nostro solius noxæ deditionis judicium datur, *l. miles. 6. § 1. D. de re judic.* At secundùm Jus Mosaicum, & istum indè desumtum textum sola noxa in
10. petitionem venit. cumq; † bos occidens ita petitus datur pro occiso, iterùm non tàm in noxam, quàm in compensationem da-

damni dari intelligitur; cum è contrario nostro Jure noxæ saltem detur, ad evitandam damni restituendi necessitatem, *v.c. præced. n. 1. & 56.* non in compensationem damni. (2) Quæ † ipsa etiam est differentia inter noxæ deditionem, & præstationem æstimationis litis: hæc enim solvitur pro re v. c. vindicatâ, aut per aliam quam actionem in judicium deductâ, & per hoc alienationem inducit. *l. sed si, 3. §. item quæri. 2. D. de reb. eor. qui sub tut.* noxa autem non datur pro re, sed ut dedens effugiat (non præstet aut exæquet) litis æstimationem. Non ergò, ut præstita litis æstimatio rem facit solventis, ita etiam noxæ deditio animal mortuum dedentis. 11.

CAP. XII.

QUANDO NOXÆ DEDITIO CESSET?

1. *Non semper liberari Reum noxam offerendo:*
2. *ut propter culpam concomitantem.*
3. *quæ tùm spectentur?*
4. 6. *cessare noxæ deditionem, cum dominus animal ferox non custodivit &c.*
5. *Formula libelli.*
7. *Dominum de ferociâ admonitum ignorantiam prætendere non posse.*
8. 9. *Quomodò aliàs præsumatur scire ferociam?*
10. 11. *Pecora non debere domi relinqui.*
12. *Sues comestione nocere.*
13. *Sues Antoniani Urbe Parisiorum ejecti.*
14. *Eorum institutio & privilegium.*
15. *Actionem de pauperie sciente domino factâ propriè non esse noxalem.*
16. 17. *An concurrat cum actione L. Aquiliæ.*
18. 19. *An hæc sit pinguior illâ?*
20. *Propter culpam post damnum commissam cessare interdum noxæ deditionem.*

selbst Thiere das Thier von ihm thuen. *De Carpz. prax. crim. q.41. n.33. & infra c.27. n.30.* Quorsum † referenda est for- 5.
mula libelli, quam habet Brederodius *J. bis. p.406. 407.* Ago contra Titium, & dico, quòd nuper, cum ædes illius transirem, equum suum, quem satis ferocem & calcitrosum esse sciebat, in publica via nullo custode relicto januis suis affixit, qui me prætereuntem fervore & lasciviâ commotus in dextero latere graviter calce percussit & vulneravit, ita ut per 4. ferè menses decubuerim, & curationi 30. aureos impendere coactus fuerim, negotiaq; mea non potuerim conficere, unde quoq; 100. aureorum damnum passus sum, &c. Quare peto vestra sententiâ Titium Reum condemnari, ut prædictos 30. aureos curationi vulneris impensos una cum refusione damni inde perpessi mihi solvat atq; restituat.

Nec † obstat huic sententiæ, quòd in tali casu dominus 6.
saltem bovem pro bove reddere condemnetur *c. si bos. 3. X. de injur.* Hunc enim textum bifariam posse intelligi, in præcedente capite monuimus. Secundùm primum intellectum non malè inferes, dominum in solidum teneri. quomodò etiam textum illum intelligit Panormitanus. Secundùm alterum autem, si compares Jus Mosaicum cum nostro, servatâ analogiâ idem obtinebis, præsupponendo, quòd mitius eo jure actum fuerit cum domino bovis, quàm nostro. Sicut ergo, ubi nulla ejus erat negligentia, non totum bovem nocentem dare adversario tenebatur, sed vendebatur ille, & pretium inter venditorem & eum, qui damnum passus erat, dividebatur, *Exod. c.21. vers.35.* ubi verò aliqua ejus negligentia arguebatur, toto bove carendum ipsi erat: ita nostrum etiam Jus minus indulgere debet domino negligenti, quam culpâ vacanti. Atqui hic tum demum liberatur, si totum bovem dedat *c. fier. c.10. n.58.* plus ergo statuendum est in dominum negligentem.

7. Quid, † inquies, si dominus animalis neget, se animalis ferociam scivisse? Equidem si ante damnum fuerit admoni-
8. tus, mendacii facilè convincetur. *Ordin. Crimin. art. 136.* Sed † etsi monitus non fuerit, præsumetur tamen scivisse, donec
9. probetur contrarium: *Panormitan. ad c. si bos. 3. X. de injur.* si † modò per aliquot dies ita se gesserit animal, ut inde potuerit damnum timeri. fortè si bos fuerit cornupeta ab heri & nudius tertius. *ut ex Lege Mosaicâ refert d. c. 3. X. de injur.* Unde in casu damni ab animali feroce dati simpliciter plerunq; noxæ deditio vel expulsio domino denegatur. *c. fin. X. de injur.*
10. Landr. *lib. 2. art. 62.* Weichb. *art. 121.* Imò † Jure Saxonico quicunque pecus, quod pastori poterat committi, domi relinquit incustoditum, si id ita relictum noceat, culpæ videtur esse Reus. Landr. *lib. 2. art. 54.* Niemand sol sein Vieh zu Hause lassen, das dem Hirten gefolgen mag / ohne Sauen die saugende Ferckel haben / die sol man doch also bewahren / daß sie niemand
11. Schaden thuen. Sed † accuratius inspicienti textum apparebit, verba initialia non intuitu damni indè contingentis ita disponere, sed in gratiam pastoris, ne ejus merces imminua-
12. tur. Quod † autem de custodiâ adjicitur, singulare est in suibus, quæ cum porcellis suis præ aliis pecudibus comestione & arrosione solent nocere. Exemplum de porco admordente faciem & brachia infantuli v. apud Colerum: *dec. 168. n. 12.* &
13. *infra c. 27. n. 34.* Aliud † apud Mornacium *ad l. 40. verb. errorem, D. de Ædil. Ed.* de porcis Antonianis infantulum expositum Lutetiæ Parisiorum discerpentibus. quapropter accedente etiam pestis periculo porcos illos κωδωνοφόρους circa annum 1562. Urbe ejectos fuisse refert, postquam excursus eorum per vias toleratus fuerat per tempus haud exiguum. Su-
14. es † isti, ut hoc adjiciamus obiter, fuere duodecim, instituti ab Antonio quodam monacho, fundatore Ordinis S. Antonii. Privilegio eo gaudebant, ut in quamcunq; devenirent domum,

mum, à patrefamiliàs laute exciperentur & saginarentur. proverbium hinc ortum notat Scheræus: Sprachenschuel. *p.230.* er laufft herumb wie ein Antoniussau.

Habet † autem hæc actio de pauperie adversus dominum scientem competens plura singularia: primum solidum persequitur secundùm prædicta, adeoq; noxalis propriè loquendo non est, *arg.l.in delictis.4.§.1.& fin.cum 3. ll.seqq.* in heredes verò non transit, *l.si plurium 5.§.1.D.de noxal.act.* nec in Reo requirit permanens dominium, *d.l.5.§.1.* nec eum tanquàm de facto tantum alieno, sed insimul tanquàm de proprio pulsat; *d.l.5.pr.l.si communis.9.D.de noxal.act.* deniq; † etiam cum actione L. Aquiliæ cōcurrit. *l.in L.Aquiliâ.44.§.1.D.ad L.Aquil.Gloss.ad Basilic.lib.60.tit.2.l.1.5.& competit.verb.calcitrosus.Pacius ad l.1.§.itaq;.4.verb.calcitrosus.D.si quadr.pauper.v.c.3.n.112.* Nec † obstat, quòd culpa domini non custodientis aut non alienantis animal consistat in omittendo: plura enim exempla ejusmodi culpæ actionem L. Aquiliæ non declinantis recensui supra.*c.3.n.119.* Et † olim quidem compendiosiùs agebat, qui in tali casu eligebat actionem L. Aquiliæ, quippè quæ Jure Justinianéo pœnalis (mixta) est, & interdum veram damni æstimationē excedit: *§.bis autem.9.J.de L.Aquil.* cum actio de pauperie tantùm sit rei persecutoria, *v.supr.c.9.n.2.* adeoq; supplementum ejus ex L. Aquiliâ petenti opus fuerit novo processu. *v.tamen infr.c.21.n.25.& seqq.* Hodiè † verò, postquam actiones pœnales aut qualitates earum pœnales bonam partem in desuetudinem abiere, actio etiam Legis Aquiliæ merè est rei persecutoria. ut perindè sit, quam actor velit intendere, Aquilianam, an hanc quadrupedariam. 15. 16. 17. 18. 19.

Culpa, † quæ post damnum commissa cessare facit noxæ deditionem, est dolosa (aut etiam culposa) possessionis desitio, mendacium sive inficiatio, & mora. Illa † est, si Reus dolo malo vel culpâ fecerit, ne possideret. *v. l.quemadmodum.* 20. 21.

tus. Hæc Cavalcanus. Terminéus † ideò *proceſſ. c. 192. n. 2.* 28.
putat, in libello ſimul peti poſſe, ut, ſi Reus neget animal ſuum eſſe, non liberetur noxæ deditione, ſed ut damnum præſtet in ſolidum. Sed † ea cautela neceſſaria non eſt, cum a- 29.
ctor, quandocunq; negationem Rei deprehenderit, etiam extra libellum eam petitionem facere poſſit. *arg. l. in delictis. 4. §. fin. l'. de noxal. act. adde Schneidew. n. 8. Weſenbec. pr. n. 8. J. ſi quadr. pauper.*

Quod † autem de deditione ſimul animalis nocentis & 30.
præter eam reſtituendo damno tradit Pernederus: *Inſtit. lib. 4. tit. 9. p. 122. col. 2.* ſo mag derſelbe von ſolchen unwahrhafften Laugnen wegen nicht allein umb Vberantwortung des Thiers/ ſondern auch darüber umb allen Schaden und intereſſe in ſolidum beklagt werden, eum fefelliſſe videtur particula ETIAM in l. 1. §. interdum. 15. D. ſi quadr. pauper. quæ tamen non vult cumulari petitionem noxæ & damni, ſed electionem tribuit actori, ut vel noxali agere poſſit, vel, ſi malit, ſimpliciter directâ actione ſolidum perſequi. Allegari † etiam poſſet pro 31.
Pernedero l. fin. D. de rei vindic. ubi ſi Reus rei vindicatione conventus negaverit ſe poſſidere, poſſeſſio ad Actorem transfertur. Verùm † ibi omnis pœna in translatione poſſeſſionis 32.
abſolvitur. in actione autem noſtrâ de pauperie dominus noxæ duplicem inficiationis lueret pœnam, ſi præter reſtitutionem damni etiam animal dedere compelleretur. Sed † etſi 33.
conſequentia à rei vindicatione ad actionem de pauperie in hiſce terminis procederet, nondum tamen ſequeretur, compelli Reum ad transferendum animalis dominium, ſed tantùm ad transferendam ejus poſſeſſionem, *nov. 18. c. 10* quam tamen inſtitutâ rei vindicatione facilè revocaturus eſſet, qui dominium retinuerat. Neq; † verò credimus Hotoman- 34.
no, *Epitomat. ad Dig. h. t. n. 16.* inficiantem propter hoc ſuum mendacium dominio ſuo cadere ſtatuenti. Nam textus in l. 1.

§.15.D.h.t.ex quo hanc thesin confirmare nititur Hotomannus,id non habet, pœnæ autem sine authoritate legum excogitari non debent,maximè, si tales pœnæ (ut amissio dominii) debeant esse legis, & ipso velut jure irrogandæ.

35. Non † absimilis aliàs præcedenti & ista est quæstio, an actio de pauperie infiriando crescat,ut actio L. Aquiliæ? *l. si de Neratius.23.§.pen.D.ad L.Aquil.*Quod negamus cum Azone *in f. J. si quadr. paup. r.* & P. Jacobo Aurelian, *in pract. l bellor rubr.149.n.17.* quia inter eas causas pauperies nuspiam refertur. neq; pœna ista circa Judicium L. Aquiliæ & cætera singulari jure introducta amplianda est ad alia Judicia,contra Juris nostri clementiam,pœnas restringi potius quàm produci volentis.*c.in pœnis.49.c.odia 15.de R.J.in 6.l.factum.155.§.fin. D. de R.J.l pen.D.de pœn.*Dissentire videtur Dn.Han,*ad Wesenbec.n. 3. D. si quadr. pauper.* atq; pro suâ sententiâ allegare §. 1. J. si quadr.pauper. qui tamen textus non loquitur de actione de pauperie,neque de actione,quæ inficiatione crescit, sed de actione Ædilitiâ,quæ statim ab initio est dupli.

36. Moram † intelligimus, si damnum restituere aut noxam dedere condemnatus tamdiu cunctetur, donec conveniatur actione judicati,*l.item veniunt.20.§.idem rectè.5.D.de hered.petit.l.miles.6.§.1.de re judic.* (quod elapsis post sententiam quatuor mensibus fieri potest.*arg.l.eos qui.2.C.de usur.& fruct. rei judic.Jacob.Aurel.pract.tit.149.n.21.*) & judicium istud susceperit,*d.l.20.§.5.Oldendorp.class.6.act.13 p.990.Gœdd.par.[illegible] 17.§.4.Brederod.Inst hic.p.496.*sive donec litem fuerit contesta-

37. tus.*Cavalcan.par.2.decis.27.n.5[illegible].* Non † tamen idcirco actio de pauperie fiet pœnalis,ut opinatur Oldendorpius: *d. l.* quoniam rei persecutio est,non pœnæ,ubi ultra veram damni æ-

38. stimationem nihil petitur. Oldendorpius † eâ movetur ratione,quòd æstimatio damni sæpè superet pretium animalis nocentis. At quæ hæc est consequentia: E. ea æstimatio est pœ-

pœna? pœna equidem esset, si superaret veram animalis occisi & reliqui damni æstimationem.

Ob † casum extinguitur noxæ deditio, si animal nocens 39. fuerit occisum. *l.1.§.si post litem.16.D.h.t.arg.l.liber homo.37.§. D.ad L.Aquil.* quia noxæ deditio tum est impossibilis. *l.1.§.1.oxa 1. item.14.D.si quadrup.paup.* Loquimur † cumprimis de oc- 40. cisione post motam litem factâ. *Rofred. Beneventan. de ord. judic. par.4.tit.de act.de pauper.220.n.6.* Quid Juris, si ante litem, dicam c.seq.*n.9. & seqq.* Sanè † æstimationem damni, quam 41. Reus occisâ noxâ præstitit actori, ipse actione L. Aquiliæ ab occidente repetet. *d.l.37.§.1.* præter æstimationem corporis peremti. non obstante quod in dicto textu dicitur æstimatio 42. referri debere non ad corpus quadrupedis, sed ad causam ejus, in quâ de pauperie actio est: ibi enim particula NON, ut & alibi passim, *v.l.ex compromisso.2.D.de recept.l.interdictorum. 2.§.quædam 2.in f.D.de interdict.§.quod autem.2 J.de legit.agnat. t.d.l.1.§.interdum.11.D.si quadr.pauper.* elliptice pro NON TANTUM, & particula SED pro SED ETIAM posita est. *gloss.ad d.l.37.§.1.* Audietur † autem dominus animalis no- 43. centis & jam peremti, si loco noxæ deditionis paratus sit de pauperie agenti mandare sive cedere actionem L. Aquiliæ adversus eum, qui occidit. *d.l.1.§.16.D.si quadr.pauper.* Quod † 44. tamen non facilè est facturus, si occisor iste fuerit solvendo, cum semper plus sit in actione L. Aquiliæ, quàm æstimatio factæ pauperiei; *v.supr.n.41.42.* ut de incremento ejus per inficiationem occisoris, & de æstimatione animalis, quanti id intra annum fortè plurimi fuerit, nihil dicam.

CAP. XIII.

QUIBUS MODIS ACTIO DE PAUPERIE TOLLATUR.

1. *Quot modis tollatur actio de pauperie?*
2. 3. *an sit perpetua?*

4.5.6. *andetur actio de pauperie prætoria;*
7.8. *An animal læsum recipiens huic actioni censeatur renunciasse.*
9. *hanc actionem tolli etiam interitu noxa*
10. *ante moram.*
11.12.13. *modo absit culpa.*

1. TOllitur † actio de pauperie tribus cumprimis modis, lapsu temporis sive præscriptione,
2. renunciatione & interitu rei. Lapsum † temporis quod attinet, sciendum est, hanc actionem, quia civilis est, perpetuam esse, i.e. triginta annis durare. *arg. pr. l.*
3. *de perpet. & tempor. act.* Neq; † decipiaris distinctione Oldendorpii *class.6.act.13.p.990.* dicentis, actionem de pauperie civilem esse perpetuam, Prætoriam verò temporalem. Nul-
4. la † enim est de pauperie actio, nisi civilis. *v.c.1.n.33. & sinj.* ne quidem in casu, quo dominus animalis nocentis id dolo
5. desiit possidere. Nec † obstat, quòd actio in dominum, qui servum damnum dantem dolo desiit possidere, dicatur Prætoria & honoraria: *l. electio. 26. §. item sicut. 2. l. si plurium. sc. princ. D. de noxal. act.* quoniam Prætor actionem Juris civilis ad eam speciem extendit saltem & ampliavit, novam verò actionem non introduxit. ideoque Prætori in isto casu adscribitur saltem ratione suæ extensionis, quæ ratione suæ naturæ civi-
6. lis, & per hoc perpetua, remansit. Nec † Oldendorpius, cum aliquam de pauperie actionem Prætoriam & temporalem esse adserit, hanc, quam modò exhibuimus speciem intendit, sed Ædilitiam de animali feroci juxta viam publicam habito, à quâ tamen actio de pauperie (formaliter accepta) alia est.
7. Quoniam † verò iste modus, ut & renunciatio sive remissio actionis communes sunt tollendarum actionum modi, rem pluribus non persequar. tantùm moneo, non videri

actio-

actioni de pauperie renunciâsse, qui animal vulneratum recepit, *Schneidew. n. 10. l. h. t. per l. qui sibi. 33. §. 1. D. de solut.* aut, ut loquitur Cavalcanus, ad Mareſcalcum duxit, ut cûretur, etiamsi hoc fecerit ſine proteſtatione. *Cavalcan. par. 2. deciſ. 27. n.* 58. Id quod † etiam de Jure Saxonico procedere exiſtimo. 8.
quamvis enim ibi dominus animalis nocentis recipere teneatur & curare animal læſum: *v. c. 9. n. 46.* id tamen favore ejus, qui paſſus eſt damnum, ita conſtitutum eſt, *v. d. c. 9. n. 47. 48.* cui ſuo favori ſi is velit renunciare & animalis ſui ipſe habere curam, ſalvâ id actione, cum renunciationes ſtrictè interpretemur, quidni fieri poſſit?

Deniq; † ſi animal nocens ante litem conteſtatam (*aliàs* 9.
vide c. 12. n. 39. 40.) deceſſerit, extincta erit hæc actio: *l. 1. §. planè. 13. D. ſi quadr. pauper.* niſi † Reus fuerit in morâ accipiendi Ju- 10.
dicii; *l. electio verò. 26. §. ſi is quem. 4. D. de noxal. act.* aut † ani- 11.
mal perierit dolo ipſius, *arg. l. ſi bonâ fide. 12. l. quotiens. 21. pr. D. de noxal. act. Gloſſ. ad d. l. 1. §. 13. verb. extincta.* aut culpâ *arg. l. ſi culpâ. 63. l. qui petitorio. 36. §. 1. D. de rei vindic.* latâ vel levi; (non † 12.
item, ſi leviſſimâ. *Bernhard. Schotan. in Exam. Jurid. h. t. p. 304.*) quo † quidem caſu, cùm noxa periit culpâ domini, non tàm 13.
actionē de pauperie, quàm in factum, cum quâ etiam, ſi dolo animal perierit, concurrat actio de dolo, *arg. l. & eleganter. 7. §. non ſolùm. 3. D. de dolo.* dandam eſſe putat Buſius. *ad l. 1. §. planè. n. 1. D. ſi quadr. pauper. Quâ de re actum eſt ſupr. c. 6. n. 8.*

CAP. XIV.

DE ORIGINE ACTIONIS DE PASTU.

1. 2. *Secunda ob factum animalis competens actio.*
3. *Actiones cum actione de paſtu concurrentes.*
4. *An hæc ſit ſpecies actionis Aquilianæ?*
5. *Origo ejus ex L. 12. tab.*
6. *Quare non ſuffecerit actio de pauperie?*

7. *Pastum non esse damnum.*
8 9. *Qui vinum alienum consumsit, quare ex L. Aquiliâ directâ non teneatur?*
10. *Ruptionis nomine quid comprehendatur?*
11. *Fructus an pastu corrumpantur?*

1. FUit † prima, quæ ob factum animalis competit actio. Secunda est actio de pastu, quam Decius *consil.550.n.1.* inconvenienter vocat actio-
2. nem de pasturandis pecoribus. Secundam † dico, quamvis in præcedentibus ex quibusdam causis ob pauperiem etiam actionem Legis Aquiliæ dari viderimus. Actiones enim, quas principaliter considero, quasve c.1.n.3. recensui, factorum animalis sunt propriæ, non aliis causis commu-
3. nes. Aliàs † & actio negatoria, & ipsa, cujus modò mentionem fecimus, actio L. Aquiliæ interdum cum actione de pa-
4. stu concurrunt. Imò † existimant nonnulli, actionem de pastu eandem esse cum actione L. Aquiliæ utili, sive hujus actionis illam quandam esse speciem. Sed verius est, actionem de pastu esse actionem ab actione L. Aquiliæ diversam *Rosfred. Benevent. de ord. judic. par. 4. c. de actione de pastu. 209. n. 4. p. 23?*, & ab eâ ita differre, ut differt actio de pauperie: i. e. ut rem tantùm persequatur, cum actio L. Aquiliæ etiam intendat pœnam. *confer c.9.n.1.*

5. Originem † actio de pastu remotiorem (ut sic dicam) habet ex Lege Mosaicâ, *Exod. 22. vers. 5.* propiorem in Republicâ Romanâ ex Lege 12. tab. *l. qui servandarum. 14. §. fin. de praescript. verb.* Decemviros de pauperie simul & de pastu actionem dedisse opinantur Cujacius *ad Paul. l. b. 1. sentent. tit. 15.* & Terminëus. *process. c. 181. n. 1.* Quocum ferè congruit quod Rosinus *Antiquit. lib. 8. c. 6. in LL. 12. tab. par 3. text. 54.* de pastu hæc quasi Legis verba refert: SI IN TUO ALIENUM PECUS PASCATUR, DE PASTU PECORIS ACTIO ESTO. qui-

bus

bus ſtatim *in textu ſequente 55.* ſubjicit de pauperie. SI QVADRUPES PAUPERIEM FECERIT, EI, CUJUS INTERERIT, ADVERSUS EUM, QVI DOMINUS ERIT QVADRUPEDIS, ACTIO NOXALIS ESTO. Eadem habet Nicolaus Carbo, *in practic. lib. 2. c. 7 n. 5.* numerum ſaltem textuum mutat, pro 54. & 55. allegans quoad paſtū legem 14 (quod etiam facit Covarruvias, *practic. quæſt. c. 37. n. 3.*) & quoad pauperiem legem 15. Alii verò eas materias dividunt. Extat quædam iſtarum Legum collectio in editione Codicis Theodoſiani &c. Pariſienſi, quam curavit Cujacius. Ibi de pauperie primùm · SI QVADRUPES PAUPERIEM FAXIT, DOMINUS QVADRUPEDIS SARCITO, QVADRUPEDEMVE NOXÆ DEDITO. Pòſt interjectis aliis tribus legibus de paſtu: PECUENDO ALIENO AGRO INPESCERE JUS NE ESTO. Verba tamen utrobiq; relata Collectionis Author ipſe pro verbis Legis non venditat, neq; conjecturâſſe ſe diffitetur in monitione ad collectionis calcem adjectâ. cujus ideò candorem non poſſumus non laudare præ illis, qui verba in ſuomet cerebro nata imperito Lectori pro verbis Legis obtrudunt audacter. Aymarus Rivallius Allobrox, quem Roſinus *Antiquit. lib. 8. c. 6. p. 1248.* primum opinatur in colligendis 12. tabularum fragmentis operam collocâſſe, Legem de pauperie inter ea fragmenta reponit *in hiſtor. jur. civil. lib. 2. p. 24. 25.* iisdem, quæ ex Anonymo quodam ſupra *c. 1. n. 28.* recitavimus, verbis. de paſtu autem, niſi me electio fefellit, in tota illa collectione nihil. Oldendorpius ſub uno equidem titulo (undecimus eſt) Legem locat de paſtu nocturno & de pauperie: ſed ita, ut præmiſſam illam, ſex aliis legibus interpoſitis, hæc (iisdem verbis, quibus eam expreſſit Rivallius & anonymus alter) ſequatur. Sanè fragmenta duodecim tabularum, quas ipſas amiſſas luget Roſinus *d. lib. 8. c. 6. p. 1247.* ex variis Scriptoribus velut ex naufragio, collecta, quisq; pro ſuo lubitu compoſuit,

posuit, maximam etiam partem, ubi visum fuit, de suo substituit, ut tam ordo compositionis, quàm ipsæ illæ compositæ particulæ in re dubia mihi nullam penitus faciant fidem. *adde supr. c.3. n.25.* In eo etiam admodum fallitur Oldendorpius, quòd actionem de pastu ex illa tabularum particula, quæ de pastu tantùm nocturno loquitur, oriundam credit. Rosinus, Cujacius, aut quisquis supra memoratæ collectionis est author, Legem de pastu generaliter loquentem ab illa de pastu nocturno apertè distinguunt. non sine evidenti ratione: cum illa criminale formet Judicium, *v. infr. c. ult. n.38.* hæc civile tantum, quod in præsentiarum tractamus.

6. Non † videbatur sufficere actio de pauperie; sive quia tantùm pertinet ad casum, quo animal contra naturam sui generis nocet; *Harprecht. pr. n.8. J. si quadr. pauper. v. c.3. n.* ... pastum autem natura animantibus comparavit, & eis dedit appetitum, ut conatum haberent ad naturales pastus capessendos *Cicero de naturâ Deor. lib.2.* sive quia tantùm ad eum casum, ubi per feritatem quandam nocet animal. *Paul. de Castro ad l.1. pr. n.1. D. si quadr. pauper. feritatem, ut videtur, paulò la-*

7. *tiùs sumens. confer c.3. n.74. & seqq.* sive † quia pastum inter damna (sub quib⁹ pauperies continetur *v. c.2. n.14.*) non placuit reputari. *Cujac. ad Paul. lib.1. sent. tit.15. Wesenb. pr. n.7. J. si quadr. pauper. confer c.2. n.16.* frumentum enim ideò est inventum ut edatur, quemadmodum vinum, ut bibatur, inquit Rofredus *d. c.209. n.4.* nec est contra naturam rei consumtæ, si absumatur.

8. *c. de act. de pauper. 220. n.4.* Unde † Paulo in materia Legis Aquiliæ damnum injuria dare non videtur, qui alienum vinum vel frumentum consumsit. *L. qui occidit 30. §. si quis alienum. 2. D. ad L. Aquil.* Nec abludit ratio Glossæ, *ad illum textum verb. utilis.* quòd actio L. Aquiliæ pro corrupto locum habeat, corruptum autem non videatur, quod eo usu consumitur, ad quem est inventum. *adde gloss. ad l. fin. verb. ex sententia, C. de*

L. A-

L. Aquil. Eave † explicatio magis placet, quàm Wesenbecii, 9.
*n.3.D.ad L. Aquil.*rationem Legis quærentis in consumtione
rei,quasi actio directa L.Aquiliæ non competat, ubi res peni-
tus fuerit consumta,sed tantùm ubi fuerit corrupta: cum ta-
men consumtio sit corruptionis species potissima, atq; inde
alias sequatur,ob rem combustam actionem L. Aquiliæ dire-
ctam non dari. Ruptionis † (vel corruptionis) vocabulo Im- 10.
perator fracta,usta,scissa,collisa, effusa, & QVOQVO MO-
DO PEREMTA atq; deteriora facta docet contineri. *l.capite
tert. c.13.J.de L. Aquil.* Non † obstat explicationi Glossæ Lex II.
si cunvenerit.23.D.commun.divid. ubi fructus dicuntur à pe-
core immisso corrumpi: Loquitur enim JCtus de fructibus
non præsentibus, sed futuris, sive potiùs de spe fructuum,
quam in herba occidit animal depascens. aliàs fructus futuri
ne quidem physicè corrumpi possunt, si verum est, quod in-
culcant Philosophi,(verum autem est) privationem formam
& actum præsupponere. Præsentes autem fructus physicè
corrumpi,dum à pecore absumuntur,non negamus. fruges
enim tùm esse desinunt. ideoque, cum corrumpi negantur,
id intelligendum est civiliter.

CAP. XV.

AN IN ALIENO PASCERE LICEAT?

1. *In fundo alieno pascere non licere.*
2.6.9. *etiamsi sit incultus.*
3. *Sues agris nocere.*
4. *Incultos agros dominum habere.*
5.10. *Herbam ibi natam esse in dominio.*
7 8. *An me invito in meo pascere possis,quod tibi prosit, & mihi non noceat?*
11. *Explicatur Landr.lib.2.art.47.*
12. *Lege & Consuetudine effici posse,ut in alieno liceat pascere?*
13. *maximè certis temporibus,*

14. Offene und verschlossene Zeit.
15.16.17.18.19. *Exempla in Marchiâ, Delphinatu, &c.*
20.21.23. *An tum dominus proprio fundo uti volens praefertur vicinis?*
22. *An divisio pacto possit prohiberi?*
24.25.26.27. *equus iter facientis an rectè pabuletur in alieno?*
28 29. *quid de Jure Saxonico?*
30. *De animalibus pascua sumentibus in transitu Constitutio Gallica.*
31. *Per facta etiam privatorum jus in alieno pascendi constitui.*

1. FUndamentum † actionis de pastu est, quòd, cum nemo locupletari debeat cum alterius jacturâ, *l. jure naturali. 206. de R. J.* aut invito vel ignorante domino in alieno quid facere, *l. aquam. 4. C. de servit.* pascere in alieno non liceat, tàm civili Jure, quàm
2. Saxonico. Id quod † procedit in agris etiam incultis, item in agris vacantibus, & demessis. *Berlich. par. 2. conclus. 49. n. 4. Covarruv. pract. quaest. c. 37. n. 2. 3. v. tamen Matth. Wesenbec. par. 7. consil. 311. n. 19. 20. humanitatis jure vicinis permittendum esse statuens, ut in sylvâ pecus pascendum dimittant, modò id fiat extra tempus glandium.* tùm quòd & hi pastu reddi possint deteriores,
3. maximè † à suibus, qui rostro omnia volvunt & revolvunt. *v. Frider. Pruckman. vol. 1. consil. 14. n. 65. 66. 94. Pyrrhus Anglebermeus in consuetud. Aurelian. tit. 5. c. 16. Dissentit quoad nemora & loca inculta Ernest. Cothman. vol. 3. Respons. 49. n. 185. & n. 184. suos defendit, quòd damnum fundis illatum bonitate suâ compensent, quòd oculi rusticorum dicantur, quòdve aliis quoque melioris conditionis hominibus gratus cibus sint ac suavis. Quae quidem laudes iis, qui à suibus alienis damnum est passus, vix satisfacient.* unde sues pascere in pratis & vinetis omni tempore prohibetur in Consuetudinibus Aurelianis *tit. 5. c. 5.* & Arvernensibus. *tit. 28. art.*
4. *24.* tùm † quòd dominium habeant, (non loquimur de habitis pro derelicto) quo inconsulto extraneus eis uti non debet.

Ipsa

Ipsa † etiam ibi, sponte licet, nascens herba est in dominio domini fundi: cum id, quod ex re nostrâ nascitur, nostrum sit; *§. item ea. 19. J. de rer. divis.* & planta in agro nostro radices agens per hoc ipsum adquiratur nobis *l. adeò. 7. §. fin. l. quâ ratione. 9. pr. D. de adquir. rer. dom.* ut jam præteream conditionem fructuum, dominii jure adquirendorum, & jus superficiei (quæ appellatio etiam ad plantas extenditur. *Cujac. ad l. nunquam. D. de usucap.*) cedentis solo. *l. qui damnum. 50. D. ad L. Aquil. l. 1. §. sed si supra. 7. D. uti possid.* Nec † obstat (1) posse unumquemq; facere in alieno fundo, quod sibi prodest, & domino fundi non nocet. *per l. in summa. 2. § 1. D. de aq. & aq. pluv. arc. Bartol. in repetit. l. quo minus. n. 21. D. de flumin.* (2) fructus naturales omnibus vicinis esse communes. (3) per agros incultos liberum esse transitum. Landr. *lib. 2. art. 47.* wer über ungewonnen Land fähret / es sey denn ein gehegte Wiesen / er bleibet es ohne Schaden. Negamus † enim (1) posse te id, quod tibi profit, facere in meo me invito, etiamsi mihi non noceat. Aucupium tibi prodest, & mihi non nocet. & Divus Pius tamen aucupibus rescripsit, non esse consentaneum, ut per aliena prædia invitis dominis faciant aucupium. *l. Divus. 16. D. de servit. rust.* Ita jure dominii prohibere possum, ne transeas per meam aream vel domum, neve haurias ex meo fonte aquam, etiamsi sufficiat utriq; nostrûm aqua, neq; quid sit, in quo damnum possim timere. ut verò prohibere non possim, servitutem constituere te oportet. *de quâ L. 1. §. pen. l. ut sic. 3. §. fin. de servit. rust.* Nec † ex illâ L. 2. §. 1. de aq. & aq. pluv. arc. aliud colligitur, quàm interdum quid mihi facere licere in alieno, non ut lucrer, sed ne mihi noceatur. Et † si rem accuratè examinemus, fatendum utiq; est, per pastum noceri domino fundi, qui vel propria animalia immittere, vel fundum alteri locare, aut servitutem pascendi accepto pretio *ut l. ratio. 3. §. fin. de act. empti.* constituere poterat. Negamus † (2) fru-

fructus naturales vicinis esse communes. non minus natura-
les quàm industriales domino fundi adquiruntur. *arg. l. un. D. de gland. leg. l. fructus. 7. §. si vir in fundo. 10. 12. & §. seq. D. sol. matrim. l. in pecudum. 28. D. de usur. l. sequitur. 4. §. lana. 9. D. de usufr. [illegible]*
11. *de la[illegible] Covarruv. practic. quæst. c. 37. n. 2.* (3) Speculum Sa-
xonicum in allato textu de simplici transitu, non de pastu lo-
quitur, utut de eo loquatur versiculus præcedens [illegible]
Wich. neq; verò prohibendi potestatem domino adimit, sed
conniventiam ejus præsumit aut præsupponit.
12. Restringitur † tamen prædicta Regula (1) consuetudi-
ne & statuto, quibus effici potest, ut in alieno pascere liceat.
arg. l. venditor. 13. §. si constat. 1. D. comm. præd. or. l. testium. 3. § [illegible] de testib. Paul. Paris. lib. 1. cons. 27. n. 30. Panormitan. ad c. dilecti.
13. *7. X. de arbitr. Cepoll. de servit. rust. c. 9. n. 46.* certis † cumprimis
temporibus, ut post collectos fructus, aut cum contingit a-
grum quiescere *Decius cons. 57. n. 1. Zoes. n. 8. D. si quadr. [illegible]*
Ita Lege Mosaicâ septimo quoq; anno ager quiescebat, per
eum annum promiscua erant pabula. *Exodi 23. vers. 11. Levit. 25. vers. 4. 7.* In terris Aurelianensi Bituricensi & Arvernensi qui-
escentes agros cujusq; Parœciæ incolis suis gregibus depasce-
re licet. *v. Consuet. Aurelian. tit. 5. c. 2. Boer. in consuet. Bituric. tit. 10. §. 7. Consuetud. Avern. tit 28. artic. 3. & 7.* Lege Regiâ Hispa-
norum herba collectis frugibus incolis & civibus omnibus est
14. communis. *Covarruv. pract. quæst. c. 37. n. 3.* Id quod † alio-
rum quoq; plurimorum locorum consuetudine est rece-
ptum, ubi tempus illud vocatur temp' apertionis, offene Zeit /
sicut tempus stantium adhuc fructuum tempus occlusionis,
verschlossene Zeit. *Pruckman. volum. 1. cons. 14. n. 4. Cothman. lib. 1. Respons. 49. n. 58.* Utrumque, maximè quoad prata, certo spatio
15. solet definiri. Moribus † Marchicis tempus occlusionis cur-
rit a Calendis Majis usq; ad diem Bartholomæi. *Pruckm. d. loc.*
16. *4. & 91.* In † Delphinatu & civitate Grilonis à die annun-

cia-

ciationis Mariæ, qui incidit in Menſem Martium, usq; ad diem omnium Sanctorum, qui eſt primus Novembris. *Franciſc. Marcus par.1.deciſ.223.n.5.6. Ripa Reſponſ.93.* In † Provinciâ
17. Bordegalenſi à primo Martii usq; ad feſtum Nativitatis Mariæ. Aurelius à 25. Martii usq; ad Calendas Octobris. *Conſuetud. Aurelian.tit.5.c.3. Cothman.d.l.n 59.60.61.* In † terrâ Bituri-
18. cenſi à feſto annunciationis Mariæ usq; ad feſtum Michaëlis. *Boër.in conſuet.Biturr.tit.10.§.7.* In † hiſce Provinciis Saxo
19. nicis plerumq; à die S.Georgii (alicubi etiam à primo Maji) usq ad feſtum S.Michaëlis prata habentur pro occluſis: in agris autem ſtatim meſſe factâ, quod circa diem Jacobi contingit, liber eſſe ſolet paſtus.

Notat † tamen Zoeſius *d.n.8.* in talibus caſibus dominum
20. fundi præferri, & cæteros poſſe excludere, ſi ipſe fundi ſui paſcuis velit uti, Quod videtur rationem habere, cum dominus fundi præferatur jus compaſcuorum habenti, ſi paſcua utriusque pecori non ſufficiant: *arg.l.ſi venditor.13.§.1.D.commun. prædior. Panormit.ad c.dilecti.n.7.X.de arbitr. Pruckman. volum. 1.conſ.14.n.25. Paul. Pariſ.vol.1.conſ.27.n.134. Covarruv. variar. reſolut.lib.1.c.17.n.11.§.bis vero.p.m.94. adde Matth. de Afflictis deciſ.290.n.7. & ſeqq.* nemo etiam invitus compellatur ad communionem; *l.ſi non ſortem 26.§.ſi centum.4.D.de condict.indeb.* nemo invitus in communione debeat detineri. *l.fin.C.commun.divid.* & ne per pactum quidem effici poſſit, ut res in perpetuâ maneat communione. *l.in hoc judicium.14.§.ſi conveniat. 2.D.commun. divid.*

Verum † ſicut illa prior doctrina pertinet ad compaſcua
21. non mutua, ubi Sempronius jus quidem cum pecoribus Titii compaſcendi habet in fundo Titii, non autem vice versâ Titius in fundo Sempronii: ita † Lex & conſuetudo ſpecialis li-
22. mitant Legem generalem & pactis eſſe poſſunt potiores. Pactum etiam communionis temporalis legibus inviſum non

P 3 eſt,

eſt, *d.l.14.§.2.inf.* uti neq; pactum illud, quod communionem non dominii, ſed juris alicujus, ita conſtituit, ut ab una parte ſe habeat inſtar ſervitutis, aut ab utrâq; inſtar ſervitutis reciprocæ, utrinque impoſitæ quaſi per quandam permutatio-
23. nem. *ut §. præterea. 2. J. de locat.* Et † inutilis penè foret mutuorum compaſcuorum conſuetudo, ſi eis, qui pinguiora & ampliora prædia poſſident, compaſcuorum onus liceret detrectare. Veriùs ergò eſt, non poſſe dominum fundi prohibere vicinos, ne ingrediantur fundum vel pecora immittant: *Aymo Publit. ad Conſuetud. Arvern. tit. 28. art. 3.* niſi & hoc conſuetudine ipſi ſit conceſſum, ut aliquam fortè fundi partem pro ſuis animalibus paſcendis excipiat. *Conſuetud. Arvern. tit. 28. art. 6.*
24. Deinde † (2) limitari videtur noſtra Regula ex Jure feudali in iter faciente, ut eqvum ſuum pabulare volenti (ſunt verba textus) liceat carpere gramina, (non fœnum *Gothofred. ad 2. F. 27. in f. verb. viridi,* quatenus in viâ ſtans amplecti ſive attingere poſſit, & porrigere equo: *2. F. 27. in f.* neq; teneatur domino prædii fortè ſupervenienti pretium graminis reſtituere, etiamſi ipſe (pabulans) ſit dives. *Nicol. Boër. ad conſuet.*
25. *Bituric. tit. 10. §. 4.* modò † pabulatio fiat ſine vaſtatione & ingenti fundi damno. *d. tit. 27. lib. 2. F. Panormitan. ad c. ſi læſeris n.*
26. *2. X. de injur.* & † modo fiat cogente neceſſitate famis: *Conſ. Saxon. context. l. 1. n. 137. D. de ſervitut. (tom. 1. p. 466.)* ut ſi eqvus defatigatus refectione indigeat, nec alia ſuppetant media. *Boer. ad conſuet. Bituric. tit. 10. §. 4. Gothofred. ad 2. F. 27. in f. verb. ad refectio-*
27. *nem & reparationem.* Cujus † juris ratio licet fortè non habeatur in jure civili, *Gloſſ. lat. ad text. Germ. Landr lib. 2. art. 68.* veſtigium tamen ejus eſt in Jure divino, *Matth 12. verſ. 1. & ſeqq. quod refertur in c. diſcipulos 26. de conſecr dist. 5. Zobel. differ.*
28. *34. n. 2. Covarruv. pract. quæſt. c. 37. n. 3.* Neq; † video aliquam differentiam inter Jus commune & Saxonicum, quam qui-

dem

dem notat Reinhardus. *differ 138. par. 6. (apud Zobel. d. l. n. 4.)* Ita enim Saxo: Erliegt einem wegfertigen Mann sein Pferd/ er mag wol Korn schneiden/ und ihm das zu essen geben / alß fern er das gereichen mag stehend im Wege mit eine Fusse/ aber er sol es nicht von dañen führen noch wegbringen zu seinem Nutz, Landr. *lib. 2. art. 68.* Neq; † cōtradicit sibi, dum alibi Landr. *lib. 2. art. 39.* legem ponit: welch wegfertiger Mañ Korn auff dem Felde fretzet/ uñ deß mit sich nirgend hinführet/ der gilt den Schaden nach seinen Würden. Loquitur n. hic textus de eo, qui pabulatur citra necessitatem, aut de eo, qui non juxta viam, sed in medio fundo. Aut dic, quòd gramen ipsi quidem equiti liceat carpere & porrigere equo, non tamen eqvum immittere. Secundùm quam ultimam explicationem hæc secunda limitatio propriè non est restrictio regulæ de pastu loquentis. Magis † huc pertineret constitutio Regni Galliæ, quâ *referente Lucâ de Pennâ ad l. 2. n. 7. C. de pasc. publ.* cautum est, ut, si animalia pascua sumant in transitu per unam diem, nihil indè possit exigi pœnæ aut fidæ nomine.

29 (marginal: 29)

30 (marginal: 30)

Ultimò † limitatur prædicta Regula per dispositiones & facta privatorum, ut locationes prædiorum, *confer Anton. Mornac. ad l. 9. §. glans. D. ad exhib. ubi de locatione sylvarum quoad glandium proventûs.* aut constitutiones servitutum. *de quibus v. §. inter. 2. J. de servit. l. pecoris. 4. D. de servi. rust. præd.* 31

CAP. XVI.

DE QVO FACTO DETUR ACTIO DE PASTU.

1. *PRIMUM REQVISITUM ad actionem de pastu. ut pascatur in alieno.*
2. *quid si glandem tuam in meo depascam.*
3. *competere tùm actionem in factum.*
4. *qualis tum actio intelligatur?*
5.6.7.8. *quare non competat actio L. Aquiliæ?*

9.10.

9.10.& seqq.14.& seqq.17. an fructus tui in meum fundum cadentes mei fiant?

11. Arbores ita alendas, ut vicino nonnoceant.

12. Non, quidquid in meum fundum protenditur, meum esse.

13. Ramos in meum fundum propendentes quomodo faciam meos

15.16. de eo, qui glandem suam legere vult in alieno.

18. SECUNDUM REQVISITUM. ut pastu damnum datum sit.

19.20.21.22. Quid si alia comestione?

23. TERTIUM REQVISITUM. ut pecus depascat.

24. pecudes quæ?

25.26. Bipedes an pecudes?

27. Vieh in latiori significatu.

28. De bipedibus competere utilem de pastu.

29.30.& seqq. Sues an pecudes?

31. Sus Alchymista.

32.33.34. Sues an gregatim pascantur?

35.& seqq. oves an pecudes?

36.37. Explicatur § 4. J. de usu & habit.

38.39. Canes an pecudes?

40.41.43.44.45.46.47.48.49. Qui jure venandi utuntur, an teneantur de damnis per feras segeti illatis?

41. Quando diebus feriatis liceat venari?

50. Ob feras in alicujus dominio existentis competere actionem de pastu.

51.52.& seqq.59. an etiam ob columbas granarium aut fundum involantes.

53. actionem furti locum tùm non habere.

54. Invasiones columbarum agrorum dominis non prodesse.

55. Victus columbarum quomodò innocuus?

56. Ordinatio Würtembergica de columbis includendis.

57. Quot columbas alere liceat?

58. In actione de pastu non requiri, ut animal sit mansuetum.

60.61.62.& seqq. QVARTUM REQVISITUM. an immissum

63. Correctio L. fin. C. ad L. Aquil. rejicitur.

64.68.& seqq. Actionem de pastu concurrere posse cum Aquiliana.

65. cum actione negatoria.

66. cum actione injuriarum.

67. cum

67. *cum Interdicto Uti possidetis*
69. *Dominum etiam, quo ignorante pecus depavit, ex L. Aquilia teneri.*
70. 84. *probato damno an statim probata intelligatur culpa?*
71. 72. & *seqq.* *An propter culpam custodis dominus ex L. Aquilia teneatur?*
73. 74. 75. 76. *An culpa reus sit, qui utitur operâ hominis negligentis.*
77. 78. *Electionem custodis non semper esse penes dominum pecoris.*
79. 80. & *seqq.* *An propter culpam opilionis Communitas teneatur?*
81. *Non statim consentire in delictum, qui delinquentem non prodit.*
82. *Ministri delictum non esse imputandum Universitati.*
83. *Conniventia in facto locum facit actioni directa.*

UBi † verò præter exceptos casus in alieno pascitur, ibi in promtu est actio de pastu, quem prædæ cumprimis appellatione denotare videtur Justinianus, *in Leg. Georg. tit. 3. §. 3. tit. 4. & passim.* quamvis in quibusdam locis latiùs accipiat, ut etiam comprehendat pauperiem. In alieno, dico: hoc enim primum est requisitum hujus actionis, ut animal pascatur in alieno. *text. in l. qui servandarum. 14. §. fin. ibi: nam neq; de pastu pecoris, quia non in tuo pascitur. D. de præscript. verb.* Ideoq; si commune prædium socius contra pacta conventa depascatur, communi dividundo judicio aut actione incerti civili est agendum. *l. si convenerit. 23. D. commun. divid. l. sed & loci. 4. §. si commune. 7. D. fin. regund.* 1.

Quid si † glandem tuam meo pecore depascam in meo fundo in quem illa decidit? Aristo scripsit, sibi non occurrere legitimam actionem, quâ experiri possis, non de pauperie, non damni injuriæ, neq; de pastu. *d. l. 14. §. fin.* Pomponius equidem 2.

quidem sed in singulari casu, si dolo depaverim, actionem proponit ad exhibendum. quam sententiam probat Ulpian. l. Julianus.9.§.glans.1.D.ad exhib.quoniam eâ actione tenetur,quisquis dolo fecerit,quò minus possideat.d.l.9.pr.
3. Idem tamen Ulpianus posteà de generaliori & ad alios etiam casus applicandâ actione cogitans delabitur ad actionem in factum. d. l.14.§.fin.
4. Quam † in factum arbitror appellari, non ut alias actiones,quæ ad exemplum alterius actionis dantur, atq; ideò dicuntur utiles; (removet enim JCtus cætera actionum genera,& ingenuè fatetur Aristo,genus actionis huic casui idoneum in mentem sibi non venire: *adde Basilicas lib. , tit. l.fin. actionem Legis Aquiliæ utilem hoc casu competere negantes & solam statuentes rei persecutionem.ubi gl.* .) sed ut illas subsidiarias, quæ ex merâ æquitate deficientibus aliis remediis ordinariis indulgentur; Et ergo in factum ideò vocatur,quòd in factum simpliciter nullâ formâ à legibus præscripta sit concepta,non ut Bachovius *ad Trentl.de L. Aquil. .2.lit.c. verb. ut gramina depascat.p.694.* explicat, quòd hîc semper factum domini intervenisse præsumatur.
5. Rationem † autem,quod in istâ specie non competat actio Legis Aquiliæ,Glossa *ad d. l. §.fin.verb.injuria.* reddit ex l si servus servum.27.§.si olivam. D ad L.Aquil.ubi ille demum ex L.Aquiliâ tenetur, qui olivam immaturam decerpsit, vel segetem desecuit immaturam,vel vineas crudas,vel (ut hoc ex l si stuprum.25. D. de injur.addam) virginem immaturam stupravit. at si jam maturas,cessat Aquilia.
6. Quod † tamen an cum nostro casu rectè comparetur,valdè dubito.Non tenetur ille ex L.Aquiliâ, quia patrimonium actoris non imminuit,sed auxit, impensas etiam & operas donando: at dominus depastæ glandis rem suam meliorem factam esse aut auctam vix credet.
7. Potior † ratio videtur esse, quòd culpâ vacet, qui pecus immittit in fundum suum; quòdve injuriâ non faciat, qui jure suo utitur.

tur. *l. quo naufragium.3.§. quod ait.7. D.de incend.l.nullus videtur.55.de R.J.* Quid enim peccavi, si, postquam immisi pecus in fundum meum, illud incidat in tuam glandem, quam fortè ne conspexi quidem, aut si conspexi, custodire tamen nullo jure fui obligatus? modò † non eo animo immiserim, ut tuâ 8.
glande vesceretur, non immissurus aliàs. quo alioquin casu, uti actionem ad exhibendnm competere supra docuimus, ita non negabimus etiam actionem L. Aquiliæ utilem, ut tum cesset actio ista subsidiaria in factum. *quod animadvertisse etiam videtur Salicetus ad l.fin.n.1.C.de L.Aquil.*

Jure † Saxonico hic casus vix continget, si verum est, quod tradunt Colerus, *par.1.decis.25.n.2.* Fachsius, *differ.14* Reinhardus *par.6.differ.12.(apud Zobel.par.2.differ.42.n.17.18.)* Georgius Schultz *in Synops.Inst.tit.de rer.divis.lit.u.* fructus ex meâ arbore in fundum vicini decidentes eo jure statim fieri vicini. Quam in rem allegant Landrecht *lib.2.art* 52.& Weichbild.*art.* *125.* Utriusq; textûs eadem sunt verba: Seiner Beume Zweige sollen nicht hangen seinem Nachbauren zu Schaden. undè colligunt, ramos arborum propendentes in fundum vicini pertinere ad ipsum vicinum; posse ideò à vicino succidi; & ulterius, si rami sint in dominio vicini, fructus etiam inde decidentes ejus esse. Quæ † tamen consequentiæ, nisi fallor, 10.
utroq; claudicant pede. Ipse textus, in quo fundant differentiam Juris Saxonici à Civili, cum Civili Jure optimè congruit. neq; id diffiteri potest Glossa Latina, *ad text. Germ. lit. b* inquiens: hoc † similiter jure communi prohibitum est, videli- 11.
cet ne quis arbores alat, unde damnum vicino evenire possit. Nam & Prætor & Lex 12 tabb. arborem ita volunt coërceri, ne ejus umbra noceat vicino. *l.1.§.deinde.7.& §.seq.D.de arbor. caed.* Atqui eodem modo textum Saxonicum Glossa Germanica *ad ver. b.* die Zweige. explicat: es sollen die Zweige von deinen Bäumen nicht über deines Nachbaurn Zaun hengen / dann

es seyn möchte/daß sein Kraut oder anders/so er do wachsen hette / davon viellcicht desto schwehrlicher oder geringer wüchse.
12. Quæ † quidem omnia ramorum dominium non transferunt magis, quàm dominium mœnianorum aut sugrundorum, *de quibus l.malum. 242. §. 1. de V. S.* si supra vicini aream (citra jus
13. servitutis) protendantur. Quod † autem de potestate succidendi ramos affert Fachsius, id profectò aliunde non est, nisi ex civili Jure, *v.d.l.1.§.deinde.7.& §.seq.D.de arbor.cæd.* iterum fatente Glossâ Germanicâ. *d.l.n 3.* Succisio ergò ramorum, aut, ut propiùs dicam, collectio & occupatio ramos facit succidentis, *d.l.1.§.7.ibi:lignaq; sibi habere liceat.* non propendentia. ut nihil solidi concludatur ex allegatis textibus Saxonicis.
14. Superest † authoritas Glossæ *ad Landr. d.l.n.4.& ad Weichb. d.l.n.3.* ob du dein Obst schüttelst/was davō in deines Nachbaurn Hoff fellet/dz ist uñ bleibet sein. Sequitur ampliatio: Daß versihe auch / ob du dz Obst ohne deines Nachbaurn Schaden auflesen mögest. Quæ scilicet authoritas, si mentem Glossæ excusseris, admodùm imminuetur. Mens Glossæ non est proferre aliquid singulare, inve quo Jus Saxonicum à civili Jure differat sed generalia sunt verba Glossæ, hanc proponentis regulam
15. quasi ex Jure communi. Quod † apparet manifesto ex sequentibus verbis, ubi Glossa opponit huic regulæ textum ex l un. D. de gland. leg. & ad eum respondet, non differentiam statuendo inter Jus civile & Saxonicum, (quæ facillima fuisset responsio, si eam differentiam agnovisset Glossa) sed interpretando Jus civile: quasi Prætor in d.l.un. saltem violentiam improbet, non etiam prohibitionem: ut non obstante illo interdicto prohiberi possis, ne colligas fructus in fundum vicini decidentes, modò vis tibi non inferatur. Quemadmo-
16. dùm † autem illa interpretatio verba Prætoris, omnino etiam de prohibitione & quovis impedimento sentientis, cavillatur, ipsi etiam Legi 12. tabb. (cujus verba secundum Aymarum

rum Rivallium *in histor. Jur. civil. lib. 2. p. 153.* fortè hæc fuere: Glandem in alienum fundum procidentem legere FAS ESTO, secundum Cujacium: Glandem caducam domino in alieno fundo legere JUS ESTO) vim videtur inferre: ita regulam propositam vicissim enervat, dum vicino denegat potestatem prohibitionem istam atq; jus suum ipso facto tuëdi. Id † liquet, quod quasi ex Jure communi malè protulit Glossa, à Doctoribus Juris Saxonici, qui meliùs inspecto textu Juris civilis sententiam Glossæ cum Jure civili non congruere animadverterunt, contra voluntatem Glossæ ad Jus Saxonicum fuisse restrictum, ubi potius Glossa rejicienda erat. Interim tam levibus principiis exorta hæc opinio eos successu temporis fecit progressus, ut ei Collegia etiam Juridica non dubitaverint subscribere. *v. Dn. Carpz. in Jurisprud. for. par. 3. Const. 32. def. 25.* 17.

Secundum † actionis præsentis requisitum est, ut damnum pastu fuerit datum. Pastus, alias latè quamvis cibi sumtionem aut captionem significans (ita Cicero: *lib. 2. de natur. Deor.* animalia alia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt, alia nando, alia volando) hôc loco accipitur strictè pro absumtione graminum vel aliarum plantarum ex terrâ provenientium. Ideoq; † si rem meam aliâ comestione minuat animal, actioni de pauperie utili locum faciunt Robertus Beneventanus *de ord. judic. par. 4. tit. de act. de pauper. 220. n. 4.* & Speculator, *lib. 4. partic. 4. tit. de injur. rubr. de damn. dato. §. 1. n. 17. (p. m. 497.* talem † laudans formulam libelli: Conqueror de P. cujus canis carnes meas comedit, vel eqvus vel bos herbam, puto, à solo separatam, & jam stabulo fortè illatam. aliàs enim pastus esset) vel porcus farinam, vel murilegus (Vitalinus *de malefic. lib. 4. c. 13. n. 5 p. m. 451.* muscipulam appellat. intelligunt autem felem) lardum, vel mustela (quale hîc velint animal, ignoro. nam de damno isto ab animali, quòd 18. 19. 20.

 muste-

mustelam vocant Latini, Germani ein Wiesel/ dato non magis actio competit, quàm de muribus, membranam testamentariam aut chirographariam, aliudve pretiosum arrodentibus, *de quo v. Hotom. ad Dig. Epitomat. tit. si quadr. paup. c. n. 13.*) erodit pannos, quæ æstimo decem. unde ago contra illum, ut solvat mihi illa decem. & ad hoc propono utilem actio-
21. nem de pauperie. Sed si facta ista sub pauperie comprehenderetur, non video, quî non & ipse pastus sub eâ comprehendendus esset, quîve actione de pastu fuerit opus? At eadem rationes, quæ in pastu faciunt cessare actionem de pauperie, in quàvis etiam aliâ comestione facient cessare. *confer*
22. *supr. c. 14. n. 0. & seqq. & c 3. n. 40.* Aut † ergò actio de pastu cæteris etiam comestionibus utiliter est accommodanda, aut, quod pronius est, etiam hâc cessante, *arg. l. 14. §. fin. de præscr. verb.* denuò decurrendum est ad actionem subsidiariam in factum. *P. Jacob. Aurelian. pract. tit. 149. n. 19.* nisi comestio facta fuerit à pecore immisso, quo casu utilis dabitur Aquiliana, *confer infr. n. 64.*

23. Tertium † Requisitum est, ut pecus depascat. *Cujac. ad Paul. sentent. lib. 1. tit. 15. princ.* vocatur ideò actio nostra produ-
24. cto nomine actio de pastu pecoris. *d. l. 14. §. fin.* Pecudes † sunt quadrupedes, quæ gregatim pascuntur. *l. legatis servis. 65. §. pecoribus. 4. de legat. 3. confer pr. & §. 1. J. l. 1 §. fin. D. ad L. Aquil. c. 3. n. 13. 26.*

25. Bipedes, † etiamsi gregatim pascantur, ut anseres, *arg. l. avibus. 66. de legat. 3.* propriè pecudum nomine non continentur. *l. quemadmodum. 29. §. hac actione. 6. ibi: & avibus. D. ad L.*
26. *Aquil. ut Cl. d. l. 66.* propriè, † inquam. nam impropriè & per quandam metaphoram pisces squamigeras pecudes Lucreti-
27. us, & aves volatile pecus Columella dixit. Germani † Viehe latius usurpant pro quovis animali domestico. *confer c. 2. n. 22.* ita gallinas, anseres & similes aves domesticas appellant Fe-

dern

derwich; & de eo, cum res est angusta domi, in proverbio est, Hund und Katze seyn sein bestes Vieh. Existimaverim † tamen, 28.
si bipedes alterius domesticæ, ut anseres, fundi tui gramen vel segetem depascant, utilem fore actionem de pastu. *arg. l. pen. D. si quadr. pauper. confer* Landr *lib. 2. art. 40. in f.*

Sues † etiam, cum olim de his dubitaretur, pecudum 29.
numero adscribit Imperator, *§. 1. J. de L. Aquil.* ex sententiâ Marciani, *l. legatis. 65. §. pecoribus. 4. de legat. 3.* sive potiùs Labeonis. *l. 1. §. fin. D. ad L. Aquil.* Ubi † quæ ratio fuerit dubitan- 30.
di, non immeritò quæsiverim. an fortè scrupulum movit ignobilitas animalis & spurcities? an quòd lacte, lanâ, fimo, onera gestando, trahendo &c non inserviat usibus patrisfamiliâs, sed carne tantùm & adipe sive ipsâ sui substantiâ rem familiarem augeat? an quòd non tàm gramine vescatur, quàm sordibus, lumbricis & effossis radiculis? *Aristot. histor. animal. lib. 8. c. 6. ibi: sue excepto qui minimè herbæ frugumq; appetens est, sed radicum maximè ex omnibus animalibus. adde Hotom. ad pr. verb. nam & sues pecudum. J. de L. Aquil.* Quam † tamen ob 31.
rem porcum Paracelsus subtilissimum Alchymistam vocat, quòd ex aliorum animalium stercore adhuc producere queat chylum. *Dn. D. Mœbius in disput. quadam de Chylificatione th. 7.* Gœddæus † *disput. par. 1. disp. 17. th. 6.* adhuc existimat, sues pecu- 32.
dum nomine propriè non contineri, cum dispersim potiùs quàm gregatim pascantur. Moribus saltem Germaniæ posse videri gregatim pasci, & in pecudum ideò numero haberi. Ubi † nescio, quid in mentem venerit Gœddæo, ut contradice- 33.
ret & Marciano *d. l. 65. §. 4. de leg. 3.* & Justiniano, *d. §. 1. J. de L. Aquil.* sues gregatim pasci expressis verbis adserentibus. Nota verò est historia de Gergesenorum suibus, quorum greges Dæmones invadere permittente JESU, & egere præcipites. *Matth. 8.* Neq; † crediderim moratiores esse sues Germa- 34.
norum, quàm aliorum populorum. Quamvis ea quæstio ad pro-

professionem pertineat subulcorum, quorum vel solum nomen gregatim pasci sues evincit.

35. De † ovibus minus est dubium. *d.l.2.§.fin.D.§ 1.J.de L.A-*
36. *quil.l.plenum.12.§.sed si pecoris.2.D.de usu & habit.* Nec † obstat §.sed & si pecorum. 4. J. de usu & habit. ubi oves à pecoribus videntur distingui in verbis PECORUM VEL OVIUM, nisi
37. cum Cujacio pro VEL legamus VELUTI. Sed enim † non est opus correctione, si dicas, particulam VEL non distinguere oves & pecora, tanquam res specie diversas; sed legatum usûs ovium à legato usûs pecorum; seu esse notam novi exempli sive casûs. aliud enim est legatum ovium, aliud pecorum. hoc amplius, illud strictius est.

38. Canes † autem neq; gramina, nisi contra sui generis naturã & cum magno suo malo, depascunt, neq; pecudum numero sunt. *d.l.2.§.fin.D.ad L.Aquil.non obst.Leg.Georg.Just.*[illegible] *6.§.9. ubi canes dicuntur σύννομοι compascui, non quòd ipsi pascantur (ut Latina versio habet) sed quòd gregem pascentem comitentur.*
39. Ideò † P. Faber *semestr.lib.1.c.11.p.*15. corrigit locum Ciceronis, *in orat.in Pisonem.* & pro verbis ISTIUS PECUDIS AC PUTIDÆ CARNIS legit J.P. A.P. CANIS. Quod quidem quã ratione intendat Faber, non satis capio. Si enim canis non est pecus, minus commodè utrumq; uni tribuetur eâdem oratione. Putidum etiam potius canem dixisset Cicero, quàm putidam, cum in L. Pisonem illis verbis invehatur. Neq; video, quid in illa alterâ lectione sit absurdi? benè congruunt sequentia, ubi eundem Pisonem, quem modò putidam carnem vocaverat, statim ejectum appellat cadaver.

40. De † feris bestiis uno ore ita sentiunt Doctores, quòd domini, qui venationis jus sibi solis vindicant, teneantur subditis vel vicinis de damnis, quæ bestiæ dederint in agro vi-
41. cino. Et † tuendarum quidem segetum causa adeò favorabilis visa est Sebastiano Medicêo, *de venat.par.1.q.3.n.11.13.* ut

tum demum diebus feriatis licitam esse adserat venationem, si illis diebus feræ veniant ad vastandas segetes vel vineas. *v. tamen Balduin. de cas. consc. lib. 2. c. 13. cas. 5. undè colligi posse videtur, venationes etiam animi vel recreationis causâ diebus feriatis licitas esse.* Covarruvias † verò *in relect. c. peccatum. par. 2. §. 8. n.* [illegible] eos, qui prohibent venationes, sive in locis publicis, sive in privatis, sive etiam in propriis, condemnat ad restitutionem damni vicinis agris illati ex multitudine animalium erumpentium, & messibus ac segetibus exitium atq; devastationem inferentium. Et ab hac damni restitutione ne eos quidem excipit, qui dominis prædiorum permiserunt bestiam sylvâ egressam occidere, si non in ipsis etiam sylvis ad imminuendam animalium multitudinem eis concesserint venari. Neq; † mitior est Gailius, *lib. 2. obs. 68. n. 10.* qui, graviter invectus in Dominos, subditis non permittentes feras bestias ex propriis agris stantibus & pendentibus fructibus abigere, concludit, aut permittendas esse venationes, aut damnum à feris datum resarciendum; ne neutrum facientibus cum Divite Evangelico sit pereundum. Eandem sententiam sequitur Vigelius *in method. Jur. contr. vers. lib. 5. c. 10. reg. 60.* & Georgius Mor, *de venat. par. 1. c. 4. n. 20.* teneri, † dicens, dominos aut feras includere in sylvâ venatoriâ, aut damnum restituere; eove nomine conveniri eos posse vel actione utili L. Aquiliæ, vel actione de pastu, vel ex Edicto si quadrupes pauperiem. Mihi † neutra competere videtur actio. non ex L. Aquiliâ, quia hodiè jure suo utuntur Principes, qui venationes, inter Regalia secundum quorundam opinionem relatas, subditis interdicunt. *v. supr. n. 7.* Non † de pauperie, quia feræ fruges depascendo non contra sui generis naturam nocent. *v. supr. c. 14. n. 6.* Non † de pastu, quia fera bestia (quæ ratio etiam ad actionem de pauperie pertinet) non est in dominio domini sylvæ, sed ut olim, *§. feræ igitur. 12 J. de rer. divis. l. possideri. 3. §. item fe-*

42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.

ras bestias.14.D.de adquir.poss. ita adhuc hodie ante occupationem est nullius, potestve in aliam sylvam egressa à domino istius sylvæ, qui ibi habet venationum jura, capi & acquiri.
49. Quid † ergo? Jure civili de pastu ferarum nullam adversus dominum sylvæ & venationum competere actionem, naturalem tamen æquitatem monere, ut ne patiatur dominus subditos morari in damno, aut redigi eos ad inopiam. Quam æquitatem secuti Divi Principes, Fridericus Wilhelmus & Johannes, Duces Saxoniæ, &c. *in Ordinat. Provinc. de anno 1589. tit. 14* §. wir wollen. non tantum permittentes subditis canes alere minores ad abigendas feras, sed & si adhuc à feris damnum paterentur, gratiosos se ergà ipsos exhibituros esse
50. constituentes. Quodsi bestiæ sint mansuefactæ, aut alias in dominio alicujus existant, consuetudinem fortè abeundi & redeundi habentes, quin tum, si depascendo damnum dederit, actio de pastu utiliter competat adversus dominum bestiæ, dubitandum non est. *adde Dn. Struv. ad Pand.* [illegible] *12. §. 1.*
51. Quid † de columbis granarium tuum involantibus, aut agrum? Si in granario frumentum absumserint, [illegible]
52. dem actionem de pastu tribuit Dn Struv. *d. l.* Si † in agro segetem, Harprecht *ad pr. n. 11. 12. & seqq. J. si quadr. paup.* [illegible] Speidelius *in notabil. verb.* Tauben *p. 887.* refert, [illegible] Costanus negant ullam tibi competere actionem, [illegible] dem damnum cum commodo sit pensandum, *l.* [illegible] [illegible] *& 49. plur. arc.* stercus autem columbarum utpote [illegible] simum & fervidissimum, agris valdè esse utile, & præstantissimum haberi, cum modicè sparsum terram fermentet. [illegible] columbas vermes seminibus infestos & frugum noxiorum grana avidissimè comedere, veluti milium & lolium, [illegible] infestentur agri. ideò victum columbarum innocentem [illegible] *cl. non omnes. 32. caus. 2. q. 7.* neq; columbas grana vi rostrorum

aut unguibus eruere, sed ea demum colligere, quæ terrâ non operiantur, adeoq; germinare non possint. (2) Columbarum etiam naturam feram esse, & victum earum ubiq; naturalem. *§. pen. vers. 15. J. de rer. div.* (3) Neq; verò columbarum dominum receptatorem dici posse furum, cum furtum sine furandi affectu non committatur. Hæc † sunt illa ar- 33.
gumenta, quibus columbas & earum dominum defendit Harprecht. & ut jam video, Zobelius, *par. 4. differ. 10. n. 2.* columbas in alieno repertas non ita, latuens interficere licere, [illegible] volatilia. Quam sententiam etiam confirmant Pyrrhus Anglebermeus *ad Consuet. Aurel. [illegible]* & Nicolaus Boerius *in consuet. Bituric. [illegible]* addens, in Regno Franciæ talem consuetudinem esse generalem, quod columbæ in alieno repertæ non possint occidi. *v. infr. [illegible] 6. n. 4. & seq.* Ultimum argumentum, &, quod inde sequitur, dominum columbarum actione furti nec manifesti *ex §. conceptum. [illegible] inst. J. de oblig. quæ ex del.* non teneri, ambabus manibus largimur. Cætera † leviora videntur, quàm ut dominum absolvere ab o- 34.
mni actione possint. (1) Ita enim neq; de ovium pastu competeret actio, si cogendus esset fundi dominus, ut rem suam perderet, & stercus acciperet pro solatio, *ut loquuntur Imperatores in l. in [illegible] 7. C. de curs. publ.* Et unde noverunt prædicti Doctores, tantum fimi eo ipso tempore in agrum à columbis emitti, quo absumta grana pereuntur? Relinquenda potiùs hæc omnis Cura Rustico, quomodò is agrum suum reddere fœcundum, & a nocivis animalibus vel herbis purgare velit. Non concedet ille, eminentia ex glebis granula, & non ex omni parte sepulta germen ideò emittere non posse. Negabit, columbas curare vermes, ubi gratior suppetierit victus. Certè, ait Aymo Publicius, *in consuet. de vern. tit. 28. art. 1. n. 5.* 35.
quod victus columbarum non est nocivus, istud non est verum tempore seminum, teste experientiâ rerum magistrâ.

Quis enim adeò simplex erit, qui possit negare, quòd comesto semine non tollatur fructus, qui ab eodem procedere debet? Ideo dictum illud (*c.30.caus.2.q.7.*) est intelligendum, quandò semina jam fecerunt radicem. Hactenus Publitius. qui quidem, quod de victu columbarum innocente dicitur, non satis videtur intellexisse. Perpetuam illius canonis censeo esse veritatem, non temporalem saltem. Comparat ibi Augustinus columbam cum corvo: Corvi, inquit, de morte pascuntur. hoc columba non habet, de frugibus terræ vivit, innocens ejus victus est. Habes verba Augustini, columbas à crudelitate & cæde absolventis, non ab infestatione agrorum, quorum frugibus imminere etiam columbas disertè fatetur Divinus Doctor. Quodsi † invasiones istæ columbarum adeò proficuæ forent agris, quid opus fuisset ordinatione Würtembergicâ, *quam idem allegat Speidelius d. l.* daß ein ieder seine Tauben in den dreyen Saaten allwegen drey Wochen einsperren sol / bey Gebot eines Pfundes und fünff Schilling Heller. & † ordinatione Provinciali prælaudatorum Divorum Principum Friderici Wilhelmi & Johannis anno 1589. emissâ, ubi *artic.81.* cavetur: Dieweil ein grosser Mißbrauch vermarckt / in dem / daß die Personẽ / welche wenig oder gar nichts außseen /, viel Tauben halten / und damit ihre Nachbarn uff ihren Ackern beschweren / So wollen wir / daß hinfürder auff ein Hufe Landes nicht mehr deñ acht Baar Tauben gehalten werden / welcher aber keine halbe Hufe Landes im Felde hat / dem sollen Tauben zu halten nicht verstattet werden / bey Peen eines Malder Habern / welche der Gerichtsherr iedes Orths von dem Verbrechern einbringen solle. (2) Non, † ut in actione de pauperie, ita & de pastu requiritur, ut animal nocens fuerit mansuetum, cum, quod hic datur damnum, secundùm generis naturam detur: sed ad actionem utilem sufficit, si animal depascens sit in alicujus dominio. *confer supr. n.50.* uti esse columbas

56 (beside "fertè fatetur Divinus Doctor"), 57 (beside "Schilling Heller"), 58 (beside "Verbrechern einbringen solle")

lumbas inficias non ibunt ipsi dissentientes. *d. §. pavonum, 15. J. de rer. divis.* Concludo, † ex ratione Juris actionem de pastu 59. utilem dari quidem de columbis fundum invadentibus aut granarium; nisi quis hic, quia pastus non est nisi in fundo, malit actionem in factum. At eas actiones rarissimè hodiè, aut fortè nunquam exerceri: tùm, quòd, ubi in agro damnum datum fuerit, ferè ignoretur, quantum & à quâ columbâ datum fuerit, & cujus ea sit columba; tùm quòd, ubi in granario, argui videatur posse aliqua culpa domini, granarium suum non munientis probius, aut non diligentiùs reficientis.

Quartò † ad actionem de pastu Schnobelius *ad Pand. disp. 7. Th. 3.* & alii requirunt, ut animal ultrò & citra immissionem ingressum sit aliena pabula. E contrario alii immissionem requirunt. *Cynus ad l. fin. n. 1. C. ad L. Aquil. Odofred. in tract. de libell. form. par. 4. tit. de past. pecor. Rofred. de ord. Judic. par. 4. tit. de act. de past. 209. n. 1. 3. Gloss. ad l. qui servandarum, 14 §. fin. verb. actionem. D. de prescr. verb. Petr. de bella pertic. in decision. q. 190. Tuschus lit. D. conclus. 9. n. 5. P. Busius ad l. 1. pr. n. 4. D. si quadr. pauper. Eguinar. Baro in manual. Dig. p. m. 120. (ubi hanc ponit differentiam inter actionem de pauperie & de pastu, quod hec ob damnum injuriâ immittentis competat)* Nonnulli distinguunt inter actionem de pastu utilem & directam, hanc tribuentes, cum pecus immissum depavit, illā, cum citra immissionem. *Salic. ad l. fin. n. 2. C. ad L. Aquil.* Quidam hôc posteriori casu omnem actionem negant. *Albericus de Rosate, & cæteri, quos refert Zobel. par. 2. differ. 36. n. 2.* Alii actionem tùm concedunt de pauperie *Goden. consil. 75. n. 6. post Glossam d. l.* utilem, *Speculat. lib. 4. par. 4. tit. de injur. rubr. de damn. dat. §. 1. n. 20. Angel. Aretin. n. 4. J. si quadr. paup.* Alii distinguunt, utrùm dominus, cujus pecus ultrò invasit agrum, alicujus negligentiæ argui possit, an debitam diligentiam adhibuerit? posteriori casu iterùm omni eum actione eximunt: *Vitalin. de malefic. lib. 4. c. 13. n. 9. 10.*

p.501.502.503.Petr.de bella pertic.d.q.190. priori quidam actionem de pauperie utilem tribuunt, *Vital.in.d.l.n.9.* quidam actionem in factum. *Treutl.de L.Aquil.1.2.c. Tuschus. lit. D. conclus. 9.n.5. Petrus de bella pertic.d.q.190. Busius ad l.1.n.4.D.si quadr. pauper.*

61\. Nobis † videtur actio de pastu competere, sive pecus depaverit immissum, sive sponte suâ ingressum. De posteriori casu nobiscum sentiunt Bachovius *ad Treutl.de L. Aquil. 8.1.c. p.694.* & Hunnius *p.1140.* De priori argumentum est in saepe citatâ l.qui servandarum.14.§.fin.de praescr. verb. ubi, cum immisso in meum fundum pecore tuam glandem depavissem, ratio denegatae de pastu actionis haec redditur, quod non in tuo depaverim. Unde colligimus, competituram fuisse illam actionem, si in tuo depavissem, pecore licet immisso. *adde Termin.proc.c.181.n.1. Speculat. d.l.n.19.*

62\. Objicitur † tamen quòd in casu immissi pecoris agi possit ex L. Aquilia, l. *fin.C.de L.Aquil.Basilic.lib.60.tit.3.l.fin.* & quidem in duplum. *Justinian.in Leg. Georg. tit.5. §.3. de quo confer infr. c.25.n.21.* Distinguit Rofredus, *d.l.n.4.p.230.* utrùm fruges fuerint maturae, an immaturae: ibi actionem de pastu, hic Aquilianam statuit. Quae distinctio desumta videtur ex malè intellecta l.si servus servum.27.§.si olivam.25.D.ad L.Aquil. *v.supr.c.15.n.* [illegible]

63\. Alii † textum d.l.fin. corrigentes pro PROHIBERIS legunt POTERIS: sed (ut Goeddaeus, actionis Aquilianae acerrimus defensor testatur *ad l.81.n.8.D.de V.S.* contra omnium exemplarium fidem, & contra authoritatem Graecorum. Busius *ad l.1.pr.n.4.D.si quadr.pauper.* actionem de pastu in actionem L. Aquiliae moribus transiisse existimat.

64\. Rectiùs † responderis, actionem de pastu cum actione utili ex L. Aquilia benè posse concurrere. *Göden.consil.75.n.4. Setserus ad Inst. disp. 0. ron.1. Bachov.d.l. Dn.D.Joh.Strauch.ad Dig.disp.24.§.12. Struv. dissert.18.§.47. Salicet.ad l.fin.n.2 C.de L.Aquil. Mynsing. d.* [illegible]

Respons.

Respons.11.n.10. quemadmodum † concurrit cum actione negatoria, si fortè, qui immiserat, opinione servitutis id fecerit: *arg l. sicut autem.8.§. Aristo.5.D. si servit. vindic. Cujac. in Paratitl. C. de L. Aquil.* aut, † si animo me impediendi in usu rei meæ, cum actione injuriarum: *l. injuriarum.13. §. fin. vers. aut si quis re. D. de injur. l. qui pendentem.25. D. de action. emti. Köppen. q.12.n. 3. Coler. decis.136.n.9.10. quâ de re egi in discurs. Jurid. de nativitate & generib. action. injuriar. n.13.14.* aut, † si animo usurpandi possessionem meam, cum Interdicto Uti possidetis. *arg. d. l.8. §. 5. si servit. vindic. l. si duo possideant.3. §. hoc interdictum.2. & §. si vicinus.9. D. uti possidet.* 65. 66. 67.

Ad † hoc autem, ut actio de pastu & Aquiliana concurrant, requiritur, ut pastus culpam implicet domini; quæ etiam esse potest in non-immittente. Et † eatenus verum est, quod ex Alberico habet Decius, *consil.550.n. 2.* actionem L. Aquiliæ adversus dominum dari, etiamsi eo ignorante pecus invaserit agrum. probato † enim damno per depastionem dato, eo ipso culpa probata videtur. *Bald. ad l. fin. C. de L. Aquil. Göden. cons.74.n.4.* Quod præsumtivè procedere puto, ut audiatur Reus, si culpâ se velit exonerare. *arg. l.1. C. ad L. Cornel. de Sicar. l. si non convicii.5. C. de injur. adde infr. n. 84.* Dixi, † ut pastus domini culpam implicet: nam si alius, fortè custos seu opilio, fuerit in culpâ, alius dominus sit pecoris, ille solus tenebitur, domino existente securo. *Justinian. in Legib. Georg. tit. 3. §.3. ibi: prædam quidem universam agellarius dato. Franc. Vivius, lib.2. decis.280.n.1. confer supr. c.3.n.103. & seq.* (nisi Saxonico Jure, ubi actio de pastu subsidiaria esse potest. *v. supra. c.3. n.108. & seqq.*) Nec † audiendi sunt dissentientes, Vitalinus, *de malefic. lib.4.c.13.n.12.p.505.* Angelus Aretinus, *n.5. J. si quadr. pauper.* & Fachsius, *differ.69. apud Zobel. par.2. differ.36.n.8.* eo ipso in culpâ dominum constituentes, quòd elegerit pastorem nequam. *§. fin. inst. J. de societ. §. fin. vers. cum enim J. de oblig. quæ quasi ex del.* 68. 69. 70. 71. 72.

l. si

dinatione nostrâ Provinciali de anno 1589. *artic. 80.* sine distinctione disponitur: Doch sollen die Bauren ihre Schaffe nicht allein hüten/sondern für den gemeinen Hirten treiben.

Minorem † adhuc adsensum meretur Collector anonymus Observationum Cameralium anno 1601. Francofurti ad Mœnum editarum, qui *tit. Opilio. p. 241.* in casu damni injuriâ & negligentiâ opilionis dati non opilionem, sed communitatem solam vult condemnari debere, ut damnum resarciat, aut noxæ dedat. subtili † ratione. Licet enim, ait, communitas non jusserit, tamen tacitè ratum habuit. E. damnum illud non in opilionem, tanquàm personam privatam declinatum est, sed in Universitatem. Quid † per illam ratihabitionem intelligat, non constat satis. Si solum Communitatis silentium, negamus, hoc ad ratihabitionem sufficere. Consentire in delictum (civile præsertim aut privatum) non videtur, qui post commissum delictum, ubi impedire amplius non potest, tacet, neq; prodit delinquentem. Pessimam † verò conditionem Universitatum, si, quod minister deliquit, non à personâ privatâ profectum, sed quasi publico id factum sit nomine, existimetur! Veriùs est, factum Officialis tùm demùm censeri factum domini, quandò benè agit, non item, quandò malè. *arg. l. creditor. 60. §. fin. D. mandati. Paris de Puteo de Syndicatu c. an si delinquens posuit. n. 5. p. 116.* Si † conniventiam intelligat Author in ipso facto intercedentem, aut approbationem & defensionem facti, non noxalis decerni debebat actio, sed directa in solidum *arg. l. in lege. 44. §. 1. D. ad L. Aquil.* Regulam † autem, quam idem Author urget, probato damno satis esse probatam culpam, jàm explicavimus. *n. 70.* modò addo, probato damno ejus præsumi culpam, qui adhibere diligentiam debebat, non ejus, qui rem alterius custodiæ & diligentiæ commiserat.

79. 80. 81. 82. 83. 84.

CAP. XVII.

DE CONDEMNATIONE OB PASTUM.

1. SUperest, † ut de effectu actionis de pastu agamus, i.e. de condemnatione, ad quam probatione prævià, si pastum neget Reus, pervenitur. Sufficit autem & hîc unius Saltuarii testimonium, *v. Autorem observat. Cameral. in præcedenti cap. allegatum* sicut
2. unius pastoris in causâ pauperiei, *v.c.8.n.3.* Imo † in terris Arverniæ solius damnum passi, aut ejus coloni vel servitoris adsertioni juratæ creditur. *v. Consuet. Arvern. tit. 28. art. 14. 15. 16.* Idemq; servatur in Civitate Aurelianâ, si damnum non superet. 5. solidos Parisienses. *Consuet. Aurelian. tit. 5. c. 8.* Sed gingta tamen limitationes tàm talium Statutorum, quàm Juris

ris communis, Juramento damnum passi credi volentium, vide apud Johannem Baptistam Plotum. *in repet. l. si quando, n. 756. & seqq. C. unde vi.* Officiali verò creditur etiam sine juramento, quod sufficiat, cum in principio officii sui jurâsse. *l. fin. C. ad L. Jul. repetund. Aymo Publit. ad Consuetud. Arvern. tit. 28. art. 19.*

Condemnatur † dominus, ut in actione de pauperie, 3.
alternativè ut aut damnum restituat, aut noxam dedat. *Paul. lib. 1. sent. tit. 15. princ. Johann. Baptista Costa de facti scient. & ignor. cent. 2. dist. 34. n. 1. Meier. Colleg. Argent. h. t. §. 18. Vitalin. de malefic. lib. 4. c. 23. n. 7. p. 495.* nisi culpâ ipsius animal depaverit. quo casu condemnatur in solidum, *c. si leserit 4. X. de injur. confer Exod. 22 vers. 5. ubi tantundem ex suo agro tenetur retribuere actori.* nec auditur noxam dedere volens. *Rofred. de ord. Judic. part. 4. tit. de actione de pastu 209. n. 6. Vitalin. d. l. n. 10. p. 502.* Formulam † 4.
libelli habet Odofredus: *in tract. de libell. formand. par. 4. tit. de pastu pecoris.* Ago contra M. qui immisit pecora sua in prædium meum, & glandes meas vel frumentum meum depasta sunt, vel paverunt, vel comederunt. Unde damnum istud æstimo decem, & resarciri mihi peto, & propono actionem de pastu pecoris. Eandem ferè formulam præscribit Terminéus. *proc. c. 181. n. 3. de quibus qui. sententia vide in simili c. 10. n. 22. & seqq.* Accommodatior est nostro foro illa Mauleri *par. 1. art. 6.* P. P. fürtzlich sagende / daß er zwey Acker allhier im Felde zwischen N. und N. gelegen / mit Hafer besielt gehabt / welche wachsende Früchte des beclagten Viehe mit seinem weiden und durch sein treiben wieder Recht und Billigkeit abgefressen / solchen Schaden achtet der Kläger uff 8. fl. &c. fordert richtige Antwort / und darnach bittet er im Rechten zu erkennen / daß Beklagter schuldig / ihm die angezeigten 8. fl. zu entrichten / mit Erstattung Schäden und Gerichtskosten. &c. Verba, mit seinem weiden &c. in casu pastûs non culposi omittenda sunt. Neque

S 2 verò

dus d.l.n.5.p.2,0. Alii † rectiùs tempus damni dati attendi 8.
volunt.*arg.l.aut lex.21.pr.l.inde Neratius.23.§.si infans.7.D.ad L. Aquil.l. certè.4.D.arbor.furt. cæsar. Aym. Cravetta par. 1. consil. 40.n.11.Köpper.lib.2.obs.78.n.11.Setserus ad Instit.disput.30. coron. 4.*ita,ut æstimetur herba, quanti ea tempore damni dati (habità utrinque periculi & sperati eventus ratione *ut l.propter spem.23.D.fam ercisc.non obst.l inter stipulantem.83.§.sacram.5. vers.& casum.D.de V.O.)* vendi potuisset. *Berlich.par.2.conclus. 34.n.62.63.64. Cynus & Paulus de Castro. ad l.fin. C. de L. Aquil. Fachs.differ.69.(apud Zobel.par.2.differ.3 .n.7.) Angel. Aretin.n. 6.I.si quadr.pauper.Nicolaus Boerius in consuet.Bituric.tit.10. §.1. Johan.Bapt. Plotus in repet. l.si quando.n.873.C.unde vi.adde Marcellum Calam in tract.de modo articulandi.§.2.n.1068.p.612. 613.* Ut malè hanc sententiam intellexerit Stephanus Gratianus,*decis.57.* quasi æstimatio simpliciter facienda esset secundùm tempus præsens, nec ullatenus eventus futurus respiciendus,nec aliter æstimandum esset damnum in agro datum, quàm si datum fuisset in prato. In † defectu peccat Gratia- 9.
nus,sicut Franciscus Viviusin excessu. Viviusiste, *lib. 2. decis. 284.n.4.& 5.* utramque miscens sive confundens potiùs opinionem,ternam fieri jubet æstimationem, unam tempore illati damni quæ consistat in cognitione quantitatis fundi,in quo damnum datum sit alteram ante tempus messium, ut sciatur utrùm in illo loco renatum sit frumentum, & quantum; tertiam tempore messium, & sic expectato fructuum perceptionis eventu. Atq; secundùm hanc doctrinam se anno 1583.cum esset Auditor in Regià Audientià Apuliæ,æstimationem semel tantùm factam in herbà annullàsse. Pessimè profectò, si cogites, quàm istæ computationes operosæ 10.
futuræ sint Judici,quàm onerosæ partibus & propter moram & intolerabiles sumtus, in examinationem trinam & trinam inspectionem ocularem,aliasve cognitiones & ambages (sex-

centas faciendos parùm proficuæ. Quis verò messis tempore adsistet Actori, visurus, quãtum ex parte fundi depastâ, quantum ex aliâ ejusdem quantitatis terrâ fructuum percipiat? Jam quidsi Reus quærat diverticula, si alteram tertiamve inspectionem disputet, si ad probationes provocet? Ipsum enim tum faciliori negotio actor perditurus est fundum, quàm æstimatione damni ad aliquot forsitan drachmarum quantitatem vix adsurgente potiturus. Nos nodum in scirpo non quærimus, unâ contenti computatione, in quam, ut dixi, spei æstimationem sufficit venire.

11. Jus † Saxonicum damni æstimationem committit arbitrio paganorum: Landr. *lib. 2. art. 47.* nach dem ihn die Bauren schätzen. quod hodiè interpretantur de Sculteto & Scabinis, Richter und Schöppen. *v. ibi Gloss. Germ. ad text. Germ. n. 5. in addit. Berlich. par. 2. conclus. 34. n. 61. Dn. Carpzov. in forens. par. 2. Constit. 27. def. 9. n. 5.*

12. Existimant † tamen quidam, liberum esse actori, si ipse damnum æstimare velit, ut Reus secundum hanc æstimationem satisfaciat, quatenus eam non demunuerit suo juramento. Ita Berlichius, *d. l. n. 65.* præjudicium addens, & rationem, quòd hic casus versetur in terminis vis

13. ablativæ. Quod † ultimum (salvâ illius Doctoris & omnium, qui eum seqvuntur, authoritate gravissimâ) mihi videtur duriusculè dictum: vim facere imbellem oviculam, ubi gramina carpit. Vis est majoris rei impetus, qui repelli non potest. *l. vis autem. 2. D. quod met. caus. Quoad ipsam thesin v. supra c. 9. n. 38. 39.*

14. Cæterùm † non videtur Jus Saxonicum in causâ pastorationem habuisse expulsionis noxæ, ut in causâ pauperiæ; fortè, quòd vix contingat pecus citra immissionem tantum graminis depascere, ut dominus pecore carere malit, quam damni æstimationem præstare. Ideò simpliciter domino imponit restitutionem damni, sive immiserit pecus, Landr. lib.

2. art.

2.*art.* 47.(wer sein Vieh uff eines andern Mannes Korn treibet/ oder uff sein Graß / der sol ihm gelten den Schaden uff Recht (nach seinen Würden Landr *lib.2. art. 39.*) sive id sine immissione depaverit. Landr. *d. art.* 47. Ist der aber nicht gegenwertig/des das Vieh ist/wenn das Vieh Schaden thuet/ und wird es gepfändet/den Schaden sol er gelten / ob man den Schaden zuhand beweiset.2c. Qui textus loquitur de pecore in domini sui custodiâ constituto. nam si custodia ejus pastori fuerit commissa, dominus ex facto vel negligentiâ pastoris non tenetur, nisi in subsidium. *v. supra c.16.n.71.* Porrò † notandum, 15.
quòd dominus pecoris in causâ pastûs de Jure Saxonico non tantùm ad refusionem damni teneatur, sed præter eam etiam ad emendam, domino prædii depasti solvendam. Landr. *lib.2. art.*47.*in textu Latino Coler. decis.*136.*n.3.* Emenda † ista est trium 16.
solidorum, Landr. *d. art.* 47. (und darzu die That verbüssen mit drey Schillingen.) seu, secundum valorem nostræ monetæ, quatuor denariorum. (singuli † enim solidi æstimantur sedecim numis usualibus. *Mollerus ad Constit.27.par.2.n.1.Berlich. par.2.concl.34.n.49.confer infr.c.25.n.7.*) Et † hæc, si pecus immiserit in prædium alicujus privati. Sin in pascua communia alterius villæ, (in suæ impunè immittit) aut si pecus citra immissionem depaverit, pro singulis pecoribus pignoratis vel ritè abactis emendam præstat sex numorum. *d. art.* 47. wer sein Vieh treibt in ein ander Flur auff gemeine Weide / wird er darumb gepfändet / er gibt sechs Pfenning zu Buß (*ubi vide gloss.*) 2c. Ein ieglicher Mann giebt sechs Pfenning vor ieglich sein Vieh zur Buß. Quæ † proximè recitata verba non hunc 19.
habent sensum, quòd Reus pro singulis pecoribus teneatur præstare sex numos: sed si plures domini sua ibi habeant pecora, & ea pignorentur, quòd unusquisque ex illis sex tantum numos solvat, licet plures ipsius pecudes fuerint pignoratæ, Ita enim habet textus Latinus: Sex numi ejus emenda erit·

erit à quolibet, cujus pecora erant. *[illegible]*
a[illegible] dit.in f. Simile ferè est in consuetudinibus Arvernensibus
tit.28 § 5. ubi pro qualibet custodia, i.e. pro quolibet grege
una solvitur pœna. & in consuetudinibus Aurelianensibus
tit.5 c.10. ubi pro universo grege solvuntur quinque solid.
nec in singula capita crescit pœna. *[illegible]*
damentum hujus Juris quærit in [illegible] quæstum 12 [illegible]
ubi noxia à familia commissa habetur pro noxia [illegible]
20. Quodsi † pecus in custodiâ pastoris, [illegible]
verit, Pastor tenebitur ad emendam; [illegible]
ex numero dominorum multiplicandam. *Pa[illegible]*
21. *Arvern.tit.28. artic.8. n.2.* non † tamen sex [illegible]
22. rum, ut putat d.glos.German *n.5.* sed trium solidorum. [illegible]
obstat, quòd pastor iste non sit dominus. quoniam [illegible]
trium solidorum non imponitur domino, quia dominus [illegible],
sed quia culpam commisit; quæ quidem in custode, [illegible]
am quasi profitente & constitutâ mercede suscipiente, [illegible]
23. vior etiam est, quàm in ipso domino. Nihil † ergò [illegible]
pro defendendâ suâ sententiâ affert glossa. [illegible]
nicht also sein daß es sein eigen sey / sondern [illegible]
[illegible] giebt aber einer grössere Busse / welcher vor [illegible]
Vieh [illegible] Pfenninge giebt / denn wer vor das [illegible]
24. linge giebt. Nimirum † emenda ista trium solidorum [illegible]
biq, mera est pœna, sive pro pecude propria præstetur, sive
pro aliena. Ob factum præstatur, non intuitu dominii, nec
ut redimatur pecus, cum ad eam teneatur dominus [illegible]
nulla pecude pignorata.
25. Id † verò à ratione magis adhuc est alienum, quod ea-
dem Glossa pastorem, quo absente pecus in fundo [illegible]
dedit, ab omni pœna absolvit, & actorem ad dominos pecu-
rum remittit, à singulis senos numos emendæ loco [illegible]
rum. Arguatur Glossa: wenn er es aber nicht [illegible]
[illegible]

ter/so ist es auch sein nicht mehr/denn so bald er nicht thuet nach seinem Ampt / so trägt er auch billich denselben Nahmen nicht mehr. Iterùm † absurdè præsupponit, custodem ad emendam non aliter teneri, quàm quatenus pro domino habeatur. Sed transeant ista! Illud multò absurdiùs est, eum, qui officio suo ritè non fungitur, ob neglectum hoc suum officium non debere conveniri aut puniri. indignissimâ ratione, quòd Officialis nomine sit indignus. Ne dicam, custodem ita commodum senciturum ex suâ negligentiâ. sanè peccatum quisq; suum laturus est impunè. Equidem † Additionum Author opinionem Glossæ firmare nititur præjudicio. quod tamen tantum abest ut absolvat custodem, ut nequidem ejus faciat mentionem, simpliciter loquens de pecoribus Communitatis pignoratis, und daß die Beklagte (Eigenthumbsherrn) in gemein dem Kläger den Schaden zu entrichten/und ieder insonderheit sein Vieh/ das am Schaden gepfändet mit sechs Pfennigen zu verbüssen verpflicht. Casus potuit esse, ubi pecus citra culpam sive præsentis sive absentis custodis depavit, aut ubi custos auffugit, vel non fuit solvendo. Quibus † duobus casibus concedo, teneri dominum pecoris, etiamsi pecus commiserit custodiæ alterius. *v. supra c.16.n.71. De solido pignorationis dicam c.25.n.4.& seqq.* Plura de materia pastûs collige ex his, quæ de pauperie in præcedentibus fusiùs sunt exposita.

26.
27.
28.

CAP. XVIII.

DE ORIGINE ACTIONIS ÆDILITIÆ.

1. *Tertium Judicium ex facto animalis competens.*
2. *Origo Actionis Ædilitiæ.*
3. *Quare dicatur honoraria?*
4. *Quomodò adscribatur Pretori?*
5. *Ratio introducendæ actionis.*
6. *Curam viarum ad Ædiles spectâsse.*

1. Tertium † Judicium, quod ex facto animalis datur, est actio Ædilitia de damno, quod animal ferox juxta viam publicam habitum dedit, quam miscere cum actione de pauperie confundit Nicolaus Carbo Sinopolitanus in libello suo, quem propter omnium credo practicarum mirabilem confusionem vocat Practicam practicarum. *lib.2.c.7.n.34.*

2. Originem † ipsum prodit nomen. Ædiles eam in Edicto suo proposuere. *§.fin.J. si quadr.pauper.* [illegible]

3. *de adil.edict.* Unde † honoraria appellatur a Wesenbecio [illegible] *fin.J.hic.* quoniam Edicta Ædilium Curulium Juris honorarii sunt portio. *§. Prætorum quoq.7.J.de jure nat.gent.*

4. [illegible] obstat, quòd Paulus *lib.1.sent.tit.15.* Prætorem hujus Edicti auctorem facit. Prætoris enim appellatione latius sumta

5. continentur Ædiles. *Cujac. ad Paul.d.l.* Movisse † autem Edictum Ædiles eadem videtur ratio, quæ Prætorem ad Edictum de effusione & dejectione: quòd scilicet publicè sit utile sine metu & periculo per itinera commeari. *l.1.§.1.D.de his qui eff.*

6. *qui eff.fud.* Quin † ea Ædilium cura erat antiquissima [illegible] præstare commodas & tuta itinera. *l.un.D.de via publ.*

CAP. XIX.

DE QVO FACTO DETUR ACTIO ÆDILITIA

1,2. *Primum Requisitum ad hanc actionem est habere animal ferox &c.*

3. *quodnam animal dicatur ferox?*

4. *exempla.*

5. 6. *& seqq. 12.13.14. An* [illegible]

7. *Si verres domesticus in via publica noceat, quid* [illegible]

8. *Scrofas pruritu efferari.*

9. *Apros non castratos minores esse.*

10. *quomodo castretur apri?*

14. *An aprum majorem habere liceat juxta viam publicam?*
15. *Ad quæ animalia pertinuerit Edictum.*
16. *Suem domesticum juxta viam publicam ... haberi.*
17. *Di[illegible] in [illegible] Saxon[illegible] a[illegible] animalis ferocis.*
18. *[illegible] in [illegible] habenda [illegible].*
19. *[illegible] Ædilitii prohibitionem etiam extendi ad feras cicuratas.*
20. *[illegible] ad [illegible].*
21. 22 & 24. *An etiam ad bestias, quæ alteri adeo nocent?*
25. *Jure [illegible] inter [illegible] & [illegible] nihil interesse.*
26. *SECUNDUM Requisitum Noxa.*
27. *Solam feræ [illegible] ad actionem hanc non sufficere.*

Illo autem ad hanc actionem requiruntur in facto primum, ut animal ferox juxta viam habitum fuerit. Paulus *lib. 1. sent. tit. 15. §. 1. ferarum* tantum meminit feræ bestiæ. Sed quia canis etiam ferox Edicto continetur, qui tamen ferarum appellatione non venit, *Sebast. Medic. de venat. par. 1. q. 3. n. 17* generaliori vocabulo uti maluimus. Ferox animal est, quodcunque, ut Ædiles *l. & generaliter. 42. D. de Ædil. Edict.* loquuntur, nocere, i.e. quod nocere solet, sive secundum, sive contra generis sui naturam. 1. 2. 3.

Itaq; prohibent Ædiles, quà vulgò iter fit, canem, verrem vel minorem aprum, lupum, ursum, pantheram, leonem [illegible] habere, ut nocere possint, *l. 40. [illegible] si quadr. paup. l. [illegible] 41. & seqq. D. de Ædil. Edict.* Verrem † communiter pro sue domestico accipiunt. *P. Jacob. Aurel. pract. tit. 140. n. 18.* Glossa Latina *[illegible] Landr. [illegible] 2. art. [illegible] verb. qui verrem [illegible]* cum definit, quòd sit porcus domesticus cum testiculis. Videri possit verres in Ædilitio Edicto tribui sui fero. [illegible] verterunt Græci, (ut ex Leunclavio refert Pacius *in [illegible] ad l. 40. D. de [illegible]*) quemadmodum aprum minorem [illegible] utrumq; suem ferum significat. Inter † pecudes 4. 5. 6. 7.

 vero

verò censentur verres domestici, *v.c.16. n. 29. & seqq.* atq; per publicas passim liberè aguntur & vagantur plateas, cum in pascua exeunt, aut inde revertuntur. Quo casu si damnum dederint, nemo hactenus in Ædilitium Edictum incidere judicavit vel subulcum vel dominum. quamvis Aquiliana tum
8. non deficiet, aut de pastu, aut quadrupedaria. Non † nego, verres etiam domesticos, lacessitos maximè aut libidine actos, ferocire interdum. Sed si Ædiles pecudes etiam Edicto suo comprehendere voluissent, quo jure omisissent scrofam, quam coitûs tempore in tantum efferari scribit Plinius, *lib.10.c.63.* ut hominem laceret? quare de bove cornupetâ & equo calcitroso non adjecissent? Potiùs quid per verrem intellexerint, explicare ipsi videntur verbis statim sequentibus VEL MINOREM APRUM. ex quibus duo illa priora, VEL MINOREM superflua esse Cujacio *ad §. fin. J. si quadr. pau. per.*
9. ideò non cōcedimus. Verres † Ædilibus est aper minor. Quod ulteriùs interpretabimur de apro non castrato. Ita enim de feris suibus Aristoteles: *in histor. animal. lib.6.c.28.* Mares ca-
10. strati majores evadunt. Castrantur, † (pergit ipse) quòd recentibus adhuc morbus pruriens incumbit in testes, quo atterentes eam partem ad arbores testes extingvunt. Sed & in grandiori ætate eos castrari posse docet: *lib.9.c.50.* cum cætera, ait, nisi novella castrentur, intereant, aper unus quâ ætate
11. castretur, non interest. Itane † verò, inquies, aprum majorem sive castratum, quem tamen non castrato ferociorem testatur idem Philosophus, *d.c.28.* juxta viam publicam habere licebit? Minimè. Apri minoris mentionem faciunt Ædiles, fortè quòd major ob nimiam ferociam contineri difficiliùs potuerit, & idcircò non ita fueverit haberi, ut minor. aut hoc volunt Ædiles, ne quidem minorem aprum haberi debe-
12. re, multò minùs majorem. Justinianus † utiq, *§.1.J. si quadr. pauper.* post verrem, aprum habere ex Edicto in genere prohibet.

habet. & Theophilus in paraphrasi animadvertens, verrem
sub apro contineri, omisso verre simpliciter de apro ponit.

Unum † hoc nos turbat, quod Grammatici constanter 13.
Verrem domesticum tantum faciunt animal, quodve eam
appellationem Authores Latini nunquam, quantum memi-
ni, fero, semper domestico sui tribuere; cumprimis rei rusti-
cæ Scriptores, Varro, Columella, Palladius, quibus adde Pli-
nium. Nec ausim dicere, non tam genus animalis, quam
sexus integritatem ipsos respexisse; incidisse verò, dum eo vo-
cabulo fuerint usi, forte fortuna in domesticum suum genus.
Malim † aut ad antiquitatis tenebras confugere, quid enim 14.
si antiquissimis temporibus latius patuerit hujus vocabuli
usus, seriori demum restrictus ævo? aut lectionem allegato-
rum textuum comparatione Theophili, verrem, ut dixi, pe-
nitus omittentis, reddere suspectam. Enimverò † constat, 15.
Edictum ad illa tantum animalia pertinere, quæ juxta viam
publicam haberi solebant ad limina forte ædium, quasi con-
stituta sibi mansione. Talia erant, quæ custodiæ causâ habe-
bantur, ut canes, aut ad ostentationem, ut feræ bestiæ. At † 16.
suem domesticum, animal turpidum, stupidum, spurcissi-
mum, vulgare, fœdum, juxta vias publicas vel custodiæ vel
ostentationis gratiâ habere, eove Urbem, cujus decori nimi-
um quantum studebant Romani, deformare, ne per somni-
um quidem in mentem cuiquam venit olim. Ut protinus in-
epte caverint Ædiles, quod timendum non erat, neq; citra
prohibitionem etiam eventurum.

Cæterùm † cum Ædilitio Edicto benè concordat Jus Sa- 17.
xonicum; *Landr. lib. 2. art. 62.* Weichbild *art. 121. (ubi gloss. n.
11.)* Wer halt einen schädlichen Hund / der da beisset / oder einen
zahmen Wolff / oder ein Hirschen / Beeren oder Affen / (gloss.
Weichbild *n. 11.* addit: Fuchs / Luchs / Panther / Leoparden /
Lewen) was die Schaden thuen / den soll der gelten / der sie halt.

 (sive,

18. (sive, ut Weichbild habet, der sie gehalten hat.) *& in fine*: Wer † wilde Thiere hegen (Weichbild : halten) wil ausserhalb den Bannforst / der soll sie halten in seinen bewirckten (Weichb: verschlossen) Gewehren. textus Latinus: intra septa & munitas possessiones. in gemaureten oder gezimmerten Wenden. *Glossa* Weichb. *d. l. n. 11.* quemadmodùm in Galliâ Principes, qui ferè soli belluas alunt, adeo tutis lustris eas includunt & cancellis, ut nemini nocere possint. *Mornac. ad l. 40. verb. ursum. D. de Ædil. Edict.*

19. Ampliatur † prædicta Edicti Ædilitii prohibitio (1) ad bestias mansuefactas seu cicuratas. *Lagus method. Jur. par. 3. c. 58. n. ult. adde textus ex Jure Saxonico citatos. ibi*: zahme Wolff. *in textu Latino*: *lupum mansuefactum. confer supr. c. 3. n. 66.* (2)

20. ad † bestias alligatas; si sint tàm feroces, ut vinculis tuto credi non possint, aut si vincula non sufficiant ad coërcendas eas. *l. & generaliter. 41. D. de Ædil. Edict. gloss.* Weichb. *art. 121. n. 11. ibi*: er hab sie auch / wie er sie hab.

21. Quid si † bestia vel canis ferox non juxta viam publicam, sed in mediis fortè ædibus habiti nocuerint, an locum habebit Ædilitia? Bachovius *l. hic. p. 1021.* hanc quæstionem in medio relinquit. In affirmativam inclinant Köppen *lib. 2. obs. 78.*

22. *n. 11.* & Termineus. *de process. c. 192. n. 6.* Nobis † negativa placet: aut enim locus iste ædium, conversationi est destinatus, aut ab eà remotus sive solitarius. Posteriori casu dominus absolvendus est ab omni actione. *Sebast. Medic. de fortuit. cas. par. 2. q. 2. n. 14.* Rectè Glossa Landrecht: *lib. 2. art. 40. n. 4.* Geschehe es aber / da einer nichts zu thuen hett / und der Beschädigte klagte drüber / so möchte der Herr sprechen: was woltestu in meinem Hoff machen / werestu daraus blieben / so weer dir das nicht wiederfahren. & Glossa Weichbild *art.* 121. *n.* 7. weer aber der Hund gefesselt an einer Ketten in eines Mannes Gewehren / und thet er Schaden / da ist derselbig schuldig an / der den Schaden

em-

empfeht. Priori † sufficit actio L. Aquiliæ. *de quâ c.3.n.46.47.* 23.
neque pœna Edicti locis, per quæ vulgò iter fit, prospicientis ad loca secreta debet extendi. *l.1.§.parvi autem.2.D. de his qui effud.* Nec † obstat generalitas verborum in allegatis texti- 24.
bus Juris Saxonici. Ipsi enim illi textus ex verbis finalibus explicantur, quòd sint intelligendi de feris extra ædes nocentibus; aut explicandi & supplendi sunt ex Jure civili, undè etiam sunt desumti. Ne † dicam, Collectorem Saxonico- 25.
rum Jurium non ita curiosè distinguere voluisse Actionem Ædilitiam ab Aquilianâ, inter quas in foro Saxonico exiguam aut nullam animadvertebat differentiam. *videbimus c.seq.*

Alterum, † quod ad hanc actionem Ædilitiam requi- 26.
ritur, est ipsa noxia, seu ut ferox istud animal etiam actu ipso nocuerit. *l.quâ vulgò.42.D. de Ædil.edict.* & quidem citra culpam læsi. *Cujac.ad Paul.sentent.lib.1.tit.15.§.fin. confer supra c.3. n.58.& seqq.* Sola † habitio animalis juxta viam publicam ad 27.
pœnam non obligat. *gloss.ad l.41.D.de Ædil.edict.* utut aliàs sola oblige t habitio rei juxta viam publicam positæ aut suspensæ, cujus casus nocere possit. §. *item.is.1.vers.cui similis.J.de oblig. quæ quasi ex del.l.si verò.5.§.Prætor ait.11.D.de his qui effud.*

CAP. XX.

DE POENA ÆDILITII EDICTI.

1. *Probationem in hâc actione per duos testes faciendam.*
2. *Explicatur vocula* selbdritt.
3. *Si nocitum fuerit libero homini, quomodò fiat condemnatio?*
4.6. *quomodò, si liber homo fuerit occisus?*
5. *an tum heredi competat actio?*
7. *cui applicetur pœna?*
8. *Condemnatio in casu rei corruptæ.*
9. *Jure Saxonico libero homine occisô præstari Wehrgeldum.*
10.11. *Ejus comparatio cum pœnâ Ædilitiâ.*
12. *Homine libero læso nullam esse differentiam inter Jus civile & Saxonicum.*

13. *In cæteris rebus simplicem fieri damni æstimationem.*
14. *Arguitur Glossa* Landr. *lib. 2. art. 62.*
15.16. *Noxæ deditionem aut expulsionem hîc non habere locum.*

1. Condemnationem † ex Ædilitio Edicto probatio præcedit, tàm de ipso damno, quàm de habitione bestiæ. probatio, inquam, non, ut circa pauperiem & pastum, per unum, sed secundum communem probationum regulam, *c. licet universi. 23. X. de testib.* per duos ad minimũ testes facienda. Landr *lib. 2. art. 62.*
2. ob dz man gezeugen mag selbdritt (connumeratâ † personâ Producentis, ne putes tres testes requiri) daß er sie gehalten hab zu der Zeit/da sie den Schaden theten. & Weichb *art 121.* ob man das gezeugen mag selbdritt/daß sie den Schaden gethan hetten.
3. Ipsa † condemnatio pro diversitate noxiæ diversa est. Aut enim damnum datum est in personâ liberi hominis, aut in rebus. Priori casu ulteriùs distinguitur: aut nocitum tantùm est libero homini, & tùm condemnabitur dominus animalis, quanti Judici bonum æqvum visum fuerit, *§. fin. J. si quadr. paup. l. quà vulgò. 42. D. de ædil. edict.* computatis mercedibus Medico præstitis & impendiis in curationem factis, nec non operis, quibus caruit læsus & cariturus est. *arg. §. item is. 1. vers. si verò vivat. J. de oblig. quæ quasi ex del. l. fin. junct. l. 1 pr. D. de*
4. *his qui effud.* Aut † liber homo periit; & tum actio ex hôc Edicto est popularis. *Rofred. de ord. jud. par. 4. tit. de act. de paup.*
5. *n. 5. p. 256.* heredi † competens, non ut heredi, sed ut uni de populo, quamvis cæteris agere volentibus præferatur. *arg. l. si ve-*
6. *rò. 5. §. hæc autem actio. 5. D. de his qui effud.* Condemnatio † fiet in ducentos solidos, *d. l. 42.* non tanquam æstimationem corporis liberi, sed tanquam meram pœnam, *d. l. 5. §. 5. Bachov. ad*
7. *Treutl. vol. 2. disp. 2. th. 4. lit. c. inf. p. 74. 75.* actori † applicandam, *Angel. Aretin. n. 7. J. si quadr. pauper. Dissent. Rofred. d. l. dimidium actori, dimidium fisco tribuens per l. consiliarios. 3. C. de adsessor.*

Po-

Posteriori † casu Reus condemnatur in duplum damni, 8.
d. l. 42. d. §. fin. juramento actoris fortè definiendi, *arg. l. si quando. 9. C. unde vi.* aut citra juramentum à Judice æstimandi.

Jure † Saxonico idem hîc obtinet, quod in actione qua- 9.
drupedariâ (*de quâ c. 9. n. 29. & seqq.*) Landr. *lib. 2. art. 62.* Weichb. *art. 121.* Was die (animalia ferocia prædicto modo habita) Schaden thuen / den soll der gelten / der sie helt. scil. secundum determinatum à Jure Wehrgeldum. *gl. ss.* Landr. *d. art. 62. verb.* das sol er gelten. Ideoq; si liber homo fuerit peremtus, dominus, quantum ad actionem civilem attinet, liberatur præstatione Wehrgeldi. *Coler. decis. 168. n. 9. 10. 11.* ad quam etiam dominus canis, qui corpus prætereuntis pueri laceraverat, ut inde puer fuerit mortuus, à Lipsiensibus aliquando fuit condemnatus. *Coler. d. l. n. 6.* Wehrgeldum † istud 10.
Glossa Landrecht *lib. 2. art. 40. n. 6.* reducere conatur ad computationem 200. solidorum: Zweyhundert Schilling das seynd zehn Pfund / uñ diß ist auch der gemeinen Leut im Land zu Sachsen / als der Bauergülten und Landsassen Wehrgeld. Landr. *lib. 3. art 45.* Sed † rectius Colerus *d. decis. 168.* statuit differen- 11.
tiam inter Jus civile & Saxonicum. Solidus in Ædilitio Edicto (&, ut generalius loquar, in Jure civili) aureum significat, non, ut in definitione Wehrgeldi, denarium sive drachmam, einen Schilling / das seynd zwölff alte Pfennige. Der Pfennige hundert neun und achtzig machen ein und zwanzig Meißnische Zinßgroschen. *ut notatur in margine ad gloss.* Landr. *lib. 2. art. 40.*

Si † verò homo liber læsus fuerit, quia Wehrgeldum 12.
hodiè eo casu non amplius est in usu, *v. c. 9. n. 41.* observantia fori Saxonici hodierna à dispositione Juris civilis hactenus non deflectet. *confer Dn. Carpzov. in prax. crim. q. 1. 1. n. 25. vers.* so wol. In † cæteris rebus, ubi deficit Wehrgeldum, simpli- 13.
citer itidem æstimatur damnum. *Gloss.* Landr *lib. 2. art. 62. n. 4.* andere Ding aber gilt man nach eines jeden Werth. Ubi † ta- 14.

V men

men nescio, quid sibi velit Glossa in præcedentibus: Thuet es aber einem hierüber mehr Schaden / denselben gibt er auch zwie-fach. Als ob es meinen eigen Mann bisse / der ein Handwerck könte/davon er sich nehrte / oder deßgleichen / diesem soll er den Schaden zwiefach gelten. Si enim de libero homine loquitur, tàm civile Jus offendit, quàm Saxonicum: si de homine proprio aut servo, domino potiùs tribuenda erat actio, quàm læso. Quocunq; modo loquatur, nullam video rationem recedendi à regulâ Juris Saxonici, solam damni refusionem, aut, quod ejus locum obtinet, præstationem Wehrgeldi imperante, sine distinctione rei vel hominis læsi.

15. Quemadmodum † autem civili jure Reus condemnationem ex hôc Judicio non evitat, si noxam dedere velit, ita & de Jure Saxonico expulsio noxæ eum non juvabit. Landr. *lib. 2. art. 62.* & Weichb. *art. 121.* wil er sich ihr wol eussern nach dem Schaden/damit wird er nicht unschuldig. *adde Dn. Carpz.*

16. *d. l. n. 25. vers.* Vnangesehen. Quod † notandum contra Colerum, *decis. 168. n. 11. junctis præcedentibus.* expulsionis beneficium ad hunc etiam casum, ut videtur, extendentem.

CAP. XXI.

DE CONCURSU ÆDILITIÆ ET QUADRUPEDARIÆ.

1. *Non semper concurrere Ædilitiam cum Quadrupedariâ.*
2. *Concursus actionum duplex.*
3. *cumulativus.*
4. *electivus.*

5. 6. 7. 8. 9. 13. 30. & seqq. *Quomodò concurrat Ædilitia cum Quadrupedariâ.*

10. 11. *quomodò concurrant rei persecutoriæ inter se?*

12. *Circa hominem liberum læsum, non plus esse in Ædilitiâ quàm quadrupedariâ.*

14.& seqq 23.24. quomodo concurrant actiones pœnales cum rei persecutoris?
15.& seqq. 18 & seqq. an actio furti cum actione mandati, commodati & de recepto concurrat electivè.
16.& seqq. 20. Explicatur l.71. de furt.
17. Quid in actione furti dupletur?
19. Actio furti quandò merè pœnalis?
21. Explicatur l.1. C. de furt.
22.& seqq. Explicatur l.3. §.fin. Naut. caup.
25.26.27.28.29. quomodo concurrant actiones mixtæ cum rei persecutoriis.
31. Explicatur §.fin. J. si quadr. paup.
32. Actionem veterem non tolli per introductionem novioris.
33. Noxam ferè etiam esse causam actionis Ædilitiæ.
34. Consideratio fabli diversa non facit concursum cumulativum.

ILlud † non adeò est expeditum, quomodò Ædilitia actio cum actione de pauperie concurrat. Perpetuum eum concursum non esse, & ideò terminos habiles esse præsupponendos monuimus. *c.3.n.54.* Quibus† etiam præsuppositis de modo concurrendi quæres. Distinguitur vulgò actionum concursus in cumulativum & electivum. Cumulativus † hòc loco ita dicitur non ratione libelli, (quasi secundum eum plures eodem libello comprehendi possint actiones) sed ratione emolumenti & effectus, quod actor duas actiones in solidum ita possit intendere, ut una alteram neq; tollat neq; diminuat. Electivus † autem est, quando actori utraq; ita competit, ut utramq; in solidum exercere non possit, sed per unam altera aut tollatur, (qui concursus dici potest exclusivus) aut diminuatur. (qui concursus dici potest suppletorius.) Cumulativum † actionis quadrupedariæ cum Ædilitiâ concursum (1) videtur statuere Imperator, § *fin. J. si quadr. pauper.* ubi unam actionem ab alterâ consumi negat. (2) Quorsum facit,

1. 2. 3. 4. 5.

quod Ædilitia & quadrupedaria datur tanquam super diversis factis: *Cujac. & Vultej. ad Inst. hic.* uno, quod animal ferox habitum sit juxta viam publicam; altero, quod animal nocuerit. quoties autem plura delicta concurrunt, de singulis datur
6 actio. *l. nunquam. 2. per tot. D. de privat. del.* Atque † secundum hæc prædictum inter nostras actiones concursum defendunt Glossa, *ad c. fin. verb. non curasti. X. de injur.* Fomannus, *ad Inst. disp. 32. q. 2. lit. a.* Petrus Friderus Mindanus *de continent. caus. c. 11. §. 2.* Dn. Ludvvel, *ad Inst. disp. 56. §. 9. K.* Rofredus, *de ord. judic. par. 4. tit. de act. de pauper. n. 3. p. 55.* & Oldendorpius; *class.*
7. *6. act. 13. p. 988.* Alii † è contrario pro electivo pugnant, *Hieron. Messaq. in gloss. & Schultbock ad §. fin. J. hic.* ita quidem, ut non ipsâ statim unius electione, sed perceptione demum & solutione alteram perimi dicant. *Gloss. Vultej. & Wesenbec. ad §.*
8. *fin. J. hic. Locamer. in quæst. Justin. q. 351.* Verum cum † actio de pauperie sit rei persecutoria, *v. c. 9. n. 1.* & rei persecutoriæ aliter concurrant cum pœnalibus, aliter cum mixtis aut rei persecutoriis, distinguendum est inter Ædilitiam pœnalem,
9 mixtam, & rei persecutoriam. Quando † est rei persecutoria (est autem talis, cum liber homo læsus est. *v. c. 20. n. 3.*) tum actio de pauperie cum eâ concurrit electivè, & quidem exclusivè, i. e. ita, ut cum ex unâ satisfactum fuerit actori, altera
10. excludatur. Ita † enim concurrunt actiones rei persecutoriæ: *l. qui servum. 34. §. 1. D. de oblig. at. l. pro socio. 38. §. 1. l. sed actio-*
11. *ne. 50. D. pro soc. l. nemo. 43. §. 1. de R. J.* nisi † in una plus sit, quàm in altera. quo casu locum habere potest concursus suppletorius, i. e. ut quod actor minus consecutus est ex unâ, per alteram possit supplere. *l. si actum. 43. l. sed si ex causâ. 47. pr. D. pro*
12. *soc.* Quod † tamen in nostro casu non continget, cum quadrupedaria, quoties cum Ædilitiâ concurrit, noxalis non sit, sed in solidum competet, & ergò hoc casu ad operarum & impensarum restitutionem æquè ac Ædilitia. *confer. c. 12. n. 2. & seqq.* Cum

Cum † autem Ædilitia merè est pœnalis (puta cum de 13.
libero homine occiso intenditur) vix est, ut tum actio de pauperie concurrat. *v.c.9.n.16.& seqq.* Posito tamen, quòd interdum concurrat, concursum tum concedimus fore simultaneum seu cumulativum, atq; per solutionem ex unâ causâ factam alteram nullam passuram esse diminutionem. *Locamer. d.7.38.*. Talis † enim est concursus actionum pœnalium & 14.
rei persecutoriarum *l. rei communis.45.D. pro soc.* §. *fin. J. de obl. quæ ex del.* §. *sic itaq.4. vers. plane odio. J. de action. l. qui pro fure. 7.* §. *1. D. de condict. furt. l. si locatum.42. D. locati.*

Nec † obstat, quòd actio furti cum actione commodati 15.
electivè concurrere dicatur. in l. si is cui.71.pr.D. de furt. item cum actione mandati l. 1. C. de furt. & actione de recepto. l. & ita.3. §. fin. junct. §. pen. D. naut. caup. stab. Nam † quod ad 16.
priorem textum attinet, actionem furti ille ponit impropriè pro condictione furtivâ. *Costal. ad l. quod in herede.9.* §. *eligere. D. de tributor.* aut singulare est in actione commodati, ut cumulativè non concurrat cum actione furti, *l. fin.* §. *tales itaq.1. C. de furt.* etiamsi adversus eundem detur. *v. gloss. ad d. l. si is cui. verb. furti.* aut noviter tẽtari possit, quòd, quando agitur fur- 17.
ti ob rem non intercipiendi causâ amotam, sed invito saltem domino usurpatam, *ut* §. *furtum autem fit. J. de oblig. quæ ex del.* interesse tum dupletur, non, ut in casu rei amotæ, *de quo intelligo l. in furti.50.pr. D. de furt.* ipsum rei pretium. quodve ideo † 18.
actio furti cumulari tùm non possit cum actione ex contractu, idem interesse persequente. ulteriùs, † quòd textus 19.
isti, qui actionem furti inter merè pœnales referunt, & , quod in eam venit, duplum vel quadruplum pro merâ pœnâ habent, intelligendi sint de actione furti circa rei substantiam, non circa usum ejus vel possessionem saltem perpetrati. Neque dubito, quin Javolenus *in d. l.71. D. de furt.* de commoda- 20.
tario furtum per usum, non surreptionem rei admittente lo-

quatur, & hoc velit, extingui actionem commodati, (quoad interesse ob rem ultra præscriptum modum usurpatam, non etiam quoad repetitionem rei) si commodater actione furti interesse istud in duplo jam receperit. sin autem commodati egerit, tùm denuò agenti de furto objici posse exceptionem. puta non ad elidendam totam actionem, sed ad diminuendam eam ex eo, quod actione commodati jam exactum est.

21. In † altero textu non concurrunt actiones, sed species facti ita se habet, ut utriusque, & commodati & furti, non sustineat figuram. Pecunia tuâ servis tuis mandantibus Sempronius prædia comparavit. si mandati agis, factum servorum tuorum approbare videris & habere ratum. eâve ratione Sempronium furti reum agere non potes. furtum enim non est, ubi res volente domino contrectatur. *§ sed et si credat. 8. J. de oblig. quæ ex del.* Sin furti agas, mandatum dicere non potes. nec enim furti crimen per contractum bonæ fidei commissum, aut bonæ fidei contractus per furti crimen celebratus esse poteft. Id verò absurdum non est, post contractum bonæ fidei incidere furti crimen, & tùm utramque simul concurrere actionem, furti & mandati *l. rei communis. 45. D. pro socio.*

22. In † tertio textu dubitavit non immerito Pomponius. Interpretes consentiunt, singulare quid latere sub sententiâ Ulpiani. Nonnulli eò putant respexisse Ulpianum, quod actio de recepto sit extraordinaria & contra jus commune introducta, cum nauta teneatur, etiamsi sine culpâ ejus res perierit. *d. l. 3. §. 1. vers. at hoc edicto. D. naut. caupon.* Alii intelligunt eum de actione furti noxali, (adeoq; de casu furti facti à servo nautæ:) & rationem dicti reddunt quod iniquum sit nautam citra culpam suam duplici actione vexari. *v. glos. & Bartol. ad d. l. 3. §. fin.* Alii textum interpretantur de condictione furtivâ. Alii, quod ibi de actione honorariâ habetur, ad acti-

onem

onem in duplum ex quasi delicto (*de quâ l.fin.§.1.D.naut.caup. stab.*) referre malunt, quàm ad actionem ex contractu, cui interpretationi repugnant textus d.l.3.§.pen.& in hoc ipso §. verba DE RECEPTO. Antonius † Faber *in Rational.ad istum textum* singulariter notat, actionem pœnalem cum rei persecutoriâ electivè concurrere, quoties ex eodem facto utraque nascitur, & eò etiam refert l.is cui 71.pr.D.de furt. rationem addens ex l.licet gratis.6.§.fin.D.naut.caup. Verum † ista ratio non in electione, sed in absolutione fundatur. Legem 71. de furt. jam explicavimus. *supra n.16.& seqq.* Ipsa sententia Fabri ex l.qui pro fure.7.§.1.D.de condict. furt. facilè refutatur. condictio furtiva & actio furti ex eodem facto oriuntur. neutra tamen per alteram consumitur. 23. 24.

Deniq, † actiones mixtæ cum rei persecutoriis concurrunt electivè, & quidem modò exclusivè, si actio plenior præcesserit *l.qui servum.34.§.fin.D.de oblig.* modò, si actio minoris quantitatis, puta rei persecutoria, suppletoriè. *d.l.34.§.fin.l.quotiens.41.§.1.D.de oblig.et.l. unde quæritur.7.§.sed si legis.D.commod.* i.e. † ut actio plenior non equidem competat tùm in solidum; *ita intell.l.metum autem.9.§.Julianus.6.D.quod.met.caus.l.in rebus commodatis.18.§.sive autem.1.D.commod.l.1.§.in tutelâ.21.junct.l.seq.§.pen.& fin.D.de tutel.& rat. distr. l.sed actione.50.(junct.l.sed etsi.47.§.1.) D.pro soc.l.si colonus.9.arbor.furt.cæs.l.si merces.25.§.ipse quoq.5.D.locati.* competat tamen detracto eo, quod ex præcedenti actione jam recepit actor, *d.l.7.§.1.D.commod.l.1.D.arbor.furt.cæsar.* uti per præcedentem potiùs delibata videatur, quàm absumta. *ut loquitur Cujacius lib.5.obs.25.conf.supr.c.12.n.18.* Alii † malunt, supplementum ex alterâ pleniori actione peti non posse, nisi in eâdem instantiâ, & antequam actio primò intentata per sententiam definiatur. Alii † actorem compelli posse Judicis officio, ut in primo processu renunciet actionibus cæteris sibi compe- 25. 26. 27. 28.

ten-

tentibus. Quas sententias difficultas allegatorum textuum
29. peperit. Aliqui † de conciliatione eorum non multum solliciti, ipsos inter se JCtos dissensisse dicunt, qui tamen negare non poterunt, eorum opinionem, qui supplementum concesserunt, cum rationibus juris magis congruere.
30. Cum † ergò actio Ædilitia est mixta (quod evenit in casu damni in rebus dati) cum quadrupedariâ prædicto modo concurret, ut actor, qui quadrupedariâ egit, nihilominus admittatur ad supplementum ex Ædilitiâ petendum; quadrupedaria autem summoveatur penitus, si ex Ædilitio Edi-
31. cto conventus condemnationem præstitit. Cui † non obstant, quæ pro cumulativo concursu adducta sunt supra n.5. Nam (1) Imperator in verbis ultimis §.fin.J. si quadr. pauper. non de modo concurrendi, neq; de actionum exercitio loquitur, sed de coëxistentia saltem earum in universitate nostri Juris. Ait. nunqvam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit: *quæ verba etiam habentur in l.nunquam.60.D.de V.O.* i. e. actio posterius introducta non abolet, neq; Civitate Romanâ ejicit priorem. quo-
32. ties † enim Lex obligationem introducit, nisi si nominatim caverit, ut solâ eâ actione utamur, etiam veteres eo nomine actiones competunt. *l.quotiens.41.pr.D.de oblig.* Et ita Ædiles quadrupedariam non abrogârunt inducendo novam. *adde supr.c.3.n.54.* Quomodò autem in exercitio concurrant illæ
33. duæ actiones, de eo nihil Imperator. (2) Non † rectè opponuntur habitio feræ bestiæ & ejus noxia tanquam diversæ diversarum actionum causæ. cum prius illud ad actionem Ædilitiam non sufficiat, *d.c.19.n.27.* sed hæc non minus atq; altera de pauperie proximè nascatur ex damno ab animali dato. Ut-
34. ut ergò aliquam facto qualitatem accedere oporteat, ad hoc, ut Ædilitia detur: ubi tamen factum idem est, consideratio saltem facti diversa cumulativo concursui locum non facit,

sed

sed suppletorio duntaxat, *ut l. 1. D. arbor. furt. caes.* (*unde explicanda l. cum ex uno. 32. D. de obligat.*) *l. 1. D. vi bon. rapt. l. qui servum. 34. pr. l. plura delicta. 53. D. de oblig.*

CAP. XXII.

DE PRÆSCRIPTIONE ACTIONIS ÆDILITIÆ.

1. 2. & seqq. an actio Ædilitia sit temporalis?
3. 4. 5. 6. 7. 8. Actiones Prætoriæ ex delicto quatenus sint temporales?
9. Actio doli biennalis.

SImili † ferè distinctione, quanto tempore actioni Ædilitiæ præscribatur, definiemus. 1.
Quòd enim Oldendorpius eam, utpotè honorariam, pro temporali habet, *arg. pr. J. de perpet. & tempor. act. v. supra c. 13. n. 3. & 6.* concedi id potest de actione pœnali & populari, quæ competit ob hominem liberum occisum. *arg. l. si verò. 5. §. hæc autem. 5. D. de his qui effud. l. fin. D. de popular. act.* Ea † verò, quæ ob hominem liberum læsum sive 2.
vulneratum, item ea quæ de damno in rebus dato, perpetuæ sunt. *arg. d. l. 5. §. 5.* Inquies: † atqui actiones honorariæ, quæ 3.
ex delicto proveniunt, etiamsi rem persequantur, post annum non dantur. *l. vel post annum. 6. & seq. D. de alien. jud. mut. l. post venditionem. 16. D. de aq. & aq. pluv. arc. l. hujus actionis. 9. §. 1. junct. l. novissimè. 7. pr. D. quod fals. tut. auct.* Respondere † 4.
possum, in quasi delictis secus esse. *ut l. fin. §. fin. naut. caup. stab. d. l. 5. §. 5. D. de his qui effud. l. ites caupon. 1. §. fin. junct. §. in eum. 7. D. de damn. inf.* quibus factum incidens in Ædilitium sit annumerandum respectu domini, qui de facto bestiæ alieno, & per imputationem demum culpæ sibi appropriato convenitur. Sed, † quia durum videtur, gravius coërceri quasi deli- 5.

cta, quàm delicta vera, malim dicere, ex illis delictis vel quasi delictis Prætoriis annuas & temporales saltem esse actiones, quæ nullam habent affinitatem cum aliquo delictorum civilium, ut alienatio judicii mutandi causâ facta, gestio falsi tu-
6. toris. quæ † autem similia sunt civilibus, perpetuas producere actiones quoad rei persecutionem, ita actio de vi bonorum raptorum, quæ furto similis est, perpetua est quoad simplum. *pr. J. de vi bon. rapt.* item actio de damno in tumultu dato, *l. Prætor ait. 4. pr. & §. sed & hoc. D. vi bon. rapt.* quod ad damnum Aquilianum quàm proximè accedit: sicut & damnum effusione aut dejectione, damnum in navi, deniq; damnum
7. à bestiâ juxta viam publicam datum. Ut † proinde omnes has actiones perpetuas esse existimem quoad rei persecutionem, *ita intell. d. l. 5. §. 5. de his qui effud. d. l. fin. §. fin. naut. caup* quoad pœnas temporales. In honorariis enim actionibus sic esse definiendum Cassius ait, ut quæ rei persecutionem habent, eæ etiam post annum dentur, cæteræ intra annum. *l. in honorariis. 35. pr. D. de oblig.*
8. Postquam † hæc scripsi, in mentem venit, securè statui posse regulam de actionibus Prætoriis ex delicto, quòd sint perpetuæ, quatenus rem persequantur. exceptionem verò esse in actionibus illis, quæ in dolum sunt conceptæ, ut quæ ob falsi tutoris gestionem datur, *d. l. 9. §. 1. D. quod. fals. tut. auth.* & quæ ob alienationem judicii mutandi causâ factam. *l. si in res. 4. §. si quis autem. 3. l. de alien. jud. mut. caus.* hæ enim tem-
9. porales sunt & annales, exemplo † ipsius actionis de dolo, quæ olim annalis erat, licet hodiè facta sit biennalis. *l. fin. C. de dolo.*

CAP. XXIII.
AN PIGNORATIO NOXÆ SIT LICITA.

1. *Quæ extrajudicialia remedia competant damnum passo?*
2. *Pignoratio quid?*

3. 4.

3.4.5.6.8.10.12.13.15. *an ista sit jure civili?*
7.9. *Explicatur l.39. ad L. Aquil.*
11. *An furem capere & retinere liceat?*
14. *Jus retentionis competere ei, qui impensas fecit in rem alienam.*
16. *Animal nocens includi posse damni detegendi causâ.*
17. *pignorari posse ex consuetudine plerorumq; locorum.*
18. *imò ex consuetudine totius Germaniæ,*
19. *cumprimis Saxoniæ.*



EXplicavimus Judicia civilia de noxiâ animalis competentia. Extra † Judicium duo d[illegible] mnum patienti remedia indulgentur: unum, 1.
quod ad restitutionem damni potissimum tendit, pignoratio puta & retentio noxæ; alterum, quod magis ad vindictam, nocentis animalis exturbatio & mulctatio. Pignoratio † est apprehensio animalis nocentis, facta ad ejus detentionem, donec damnum patienti satisfiat. Germanicè Pfandung. Legibus † Justinianéis ea licita non est, neq; jure includit pecus alienùm, qui id in agro suo deprehendit. *l. Quintus Mucius. 39. §. Pomponius. 1. D. ad L. Aquil.* Atque ita communiter sentiunt. *Sebastianus Medic. de venat. par. 1. q. 26. n. 3. Coler. de proc. execut. par. 1. c. 3. n. 64. 65. Costal. ad l. 39. D. ad L. Aquil. Arumæus de Jure publ. volum. 2. discurs. 8. 13. n. 2. Dn. Ludwel. ad Inst. disp. 16. 8. 9. 1. Zobel. par. 4. differ. 8. Panormitan. ad c. si læserit. X. de injur. Dn. Carpzov. in forens. par. 2. const. 27. def. 1. n. 1. P. Jacob. Aurel. tit. 149. n. 29. (ubi varias refert opiniones & distinctiones, ut: utrum animal deprehendatur in fundo, an extra fundum: utrùm fuerit immissum, an sponte ingressum.) Schneidew. ad §. fin. n. 5. J. Wesenbec. n. 6. Zœs. n. 8. D. si quadr. pauper. Schotan. in exam. Jurid. bic. p. 305. Rofred. de ord. Judic. par. 4. tit. de act. de paup. 120. n. 15. p. 257. (qui † etiam existimat locum tunc habere pœnam L. extat. 13. D. quod met. caus. adde P. Jacob. d. l. n. 29. qui etiam ex quorundam* 2. 3. 4.

sententiâ huc applicat remedium L. si quis in tantam, C. unde vi.) Berlich.par.2.concl.f.34.n.1.Glos.ad c. 4. X.de injur. Meier. Colleg. Argent.tit.si quadr.pauper.§.·8 Busius ad l.quintus,39.n.1. D. ad L. Aquil. Mor de jure venandi par.1.c.2.n.15.Specul. lib.1.partic.2. tit.de actore.n.59 Koppen.lib.2.obs.78.n.8,Coras ad context. l.1.n. 138.139.140. D. de servit.Gratianus discept.forens.tom.1.c. 80, n. 2, & seqq Alciat.regul.1.praes.50.n.3. Pyrrhus ad Consuet. Aurel.t.t. 5.c.9.Boër.in Bituric.tit.10.§.1.Bossius in practic.tit.de damn.dat.n. 5 *10.p.343.& alii.* Neque † dissentiunt Bartolus. *ad l.9.n.3.D. de damn.inf.*& Zasius,*ad l.hoc amplius.§.de his autem.n. 8. D.de damn.inf.*quos quidem quasi dissentientes allegat Arumæus.

6 Magis † dissentire videtur Sebastianus Medices, *in tract.de cas.fortuit.par.1.q.11.n.22.(perperam adducens l.quintus.& l.seq. D.ad L.Falcid.)* Zobelius *in addit.ad text.lat.*Landr *lib.2.art.* 47 (nisi eos intelligas de jure consuetudinario) & Alexander, *ad l.hoc amplius.§.de his autem,n.4.D.de damn.inf.* qui tamen opinionem contrariam non adeò improbat. Disputat Aymo

7. Publitius.*ad Consuet. Arvern. tit.28. art.13.n.2.* Nos † verò *n. 3.4.* tot citavimus Doctores, ut eò pleniorem fidem faceremus de intellectu d.l.*59.*D ad L.Aquil. quam, non desunt, qui de inclusione animo celandi factâ, adeoque in crimen furti incidente interpretantur. quasi alia inclusio, quæ domini ad satisfactionem compellendi causâ fiat, ibi prohibita non sit.

8. Quam † etiam sententiam juvat (1) quòd furem in furto deprehensum capere possim, & tenere, donec mihi satisfaciat. *arg.l.ait Prætor.10.§.si debitorem.16.D. quæ in fraud. credit. junct. § aliquando autem.10.J.de oblig.quæ ex del.* (2) quòdve ratis vi fluminis in agrum meum delata retineri possit, donec de damno per eam illato dominus ejus caverit. *l.ratis. 8. D. de incend.ruin.naufr. l.hoc amplius.9.§. Neratius.3. D. de damn.inf.* (3) idemq; fit in genere in quibusvis rebus vi fluminis in aliena ædificia importatis, *d.l.9.§.1,* (4) Et quidem ex causa potius re-

retentionem animalis vel ideò cum Jure civili congruam dixeris, quòd impensarum in rem conservandam factarum nomine (quales sunt alimenta) jus pignoris tribuatur impendenti. *l. interdum. 5. & l. seq. pr. D. qui pot. in pign.* si jus pignoris, & retentionis. alantur autem pecudes pastu. Verùm † si 9. textus d. l. 39. inspiciatur, ad oculum patebit, inclusionem pecudis in securitatem restitutionis damni factam improbari à Pomponio. Si quid ex eâ re, inquit, damnum cœpit, habet proprias actiones. Statim subjungit: itaq; qui pecus alienum in agro suo deprehenderit, non jure id includit. Addit: sed vel abigere debet sine damno, vel admonere dominum, ut suum recipiat. Si abigere debet, si admonere dominum, ut pecus recipiat, non poterit ipse includere aut retinere. Nec in prioribus verbis alia mens est JCti, quàm quòd damnum passus contentus debeat esse actionibus eo nomine proditis. *v. Coras. d. l.* Neque procedit (1) argumentum ab homine 10. fure, qui ipse satisfacere aut cavere potest, ad animal irrationale. à fure, inquam, fugitivo, quive solvendo non est, ad animal, cujus dominus & solvendo est (habet enim pecus depascens in suo dominio) & expectaturus judicium. Nec † al- 11. legata l. 10. §. 16. D. quæ in fraud. credit. concedit Creditori potestatem capiendi & retinendi debitoris, (parùm id abesset à carcere privato, Constitutionibus Imperatoriis prohibito. *l. 1. & 2. C. de privat. carcer.*) sed tantùm ablationem pecuniæ subreptæ. Furem etiam non aliter capere licet, quàm ut ad Judicem ducatur: *arg. l. interdum. 56. §. 1. ibi: ad Præfectum Vigilibus vel ad Præsidem. D. de furt. c. suscepimus. 10. ibi: detinere usq; ad notitiam Capituli. X. de homicid.* (2) & (3) Multò minùs † va- 12. let argumentum à rebus inanimatis, quæ victu & alimentis non indigent, nec ita facilè pereunt, ut animalia, neq; fructus producunt, quibus interim carere oporteat dominum. *Bartol. ad l. hoc ampliùs. 9. D. de damn. inf. Treutl. de L. Aquil. §. 2. lit. i.*

13. *& ibi Hunnius p.1240.* Non † valet argumentum à rebus inanimatis per casum fortuitum & vim externam damnum dantibus, ita ut de isto damno nulla detur actio. *v. supr. c.3. n.4. 5. quamvis ea responsio displiceat Bartolo. ad d. l.9. n.3.* Cautio etiã, quæ in casu d. l.9. §.1. exigitur, ob damnũ infectum præstatur,
14. non ob factum. (4) Concedimus † jus pignoris ei, qui in rem conservandam credidit. *secundùm l.5. D. qui pot. in pign. v. Ordin. Proc. Elect. tit. 43. §.* wenn auch einer. imò & ei jus retentionis largimur, qui impensas fecit in rem alienam. *arg. l. quod dicitur. 5. pr. D. de impens. in res dot. l. si is qui. 59. D. de furt. §. ex di-*
15. *verso. 30. J. de rer. divis.* At † quid hoc ad nostrum casum, ubi dominus fundi nihil credidit, nihil impendit, nec alimenta præbuit animali, sed ubi gramina ipsa sibi carpsit pecus? ubi non tam de retentione, quàm de occupatione, apprehensione & inclusione quæstio est.

16. Limitatur † tamen prædicta nostra adsertio, ut animal nocens includere non liceat tanquam pignus, includere verò liceat domini detegendi causâ i.e. si dominus ejus ignoretur, tamdiu retineri potest, donec dominus, qui conveniri possit, appareat. *Ita arg. l. capite. 25. pr. D. ad L. Jul. de adult. l. falsus. 4. §. sed si neq. 7. & §. seq. D. de furt. communiter statuunt antè citati Dd. Zobelius, Zæsius, Cerasius, Rofredus, Ludwel, Costalius Colerg, Mor, Speculator, Schneidewinus, Busius, Gratianus, Alciatus, dictis locis. adde Angel. n.7. J. si quadr. pauper. Johann. Baptist. Plot. in repet. l. si quando. n.874. C. unde vi. facit. d. l. 39. ibi: admonere dominum. D. ad L. Aquil.* Similiter prehendere licebit animal, ut cognoscere possis, & id in libello postea describere sive designare. *P. Jacob. Aurelian. tit. 149. n. 20. ubi refert, quosdam spatium in hunc finem retinendi concedere per viginti horas.*

17. Et † hæc de Jure scripto. Secundùm Consuetudines certè plerorumque locorum simpliciter capere licet & includere animal nocens, donec de damno satisfiat. *Azevedo*

rem

commentar.in jus Hispan.l b.5.tit.17.l.1.n.6.Ægid.Bossius in pract. tit.de damno dat.n.10.Zæsius n. 8. D.si quadr.pauper. Gratianus discept.forens.tom.1.c.80.n.8. Johann. Bonifacius Venetus de furt. §..n.25.* Atq; de tali Jure consuetudinario intelligo Menochium, *de recup.poss.remed.9.n.281.282.* statuentem, quòd eqvum in pascuis prehensum retinere liceat, quòdve dominus equi non possit intendere remedium L. si quis in tantam. C. unde vi. Imò † ex generali ferè totius Germaniæ 18. consuetudine pignorationes hodiè ubique locorum sunt usitatæ. *Zasius ad l.hoc amplius.§. de iis autem.n. 8. D. de damn. inf. Dn.Carpzovius in forens.par.2.const.27.def. 1.n. 2. Berlich.par. 2. concl.34.n.2.(qui tamen n.3. id restringere videtur ad pignorationes pro tuendâ Jurisdictione, aut quo alio jure factas.) Dn. Han ad Wesenbec.n.6.D.si quadr.pauper. qui idem ex antiquis etiam Burgundiorum, Saliorum & Visigothorum legibus obtinuisse tradit.*

Jure † Saxonico (quod hactenus Transisulanos quoq; 19. sequi testatur Busius *ad l. Quintus.39.n.4.D.ad L. Aquil.*) licitas esse pignorationes certissimum est. Landr. *lib.2. art.27. (ubi Glossa German.in f.)* 40.47. tàm ex causâ pastûs, quàm pauperiei. *Coler.de process.execut.par.1.c.3.n.66.*

CAP. XXIV.

DE OBJECTO ET MODO PIGNORATIONIS.

1. *Pignorari posse etiam animalia aratoria.*
2. *etiam animalia Clericorum.*
3. *tam immissa, quam sponte ingredientia.*
4. *an etiam aliena, quæ immittentis non fuerint?*
5. *Dominum tum posse impetrare relaxationem pignorationis.*
6. *Pignorationem fieri debere in ipso facto.*
7. *Quando in facto deprehendi intelligatur animal?*

8.9.10. *an etiam, cum agro jam est egressum?*

11. *& seqq.17 & seqq. an persecutio pignoris capiendi fieri possit in alieno territorio?*

13. *An delinquens in uno territorio a persequente possit capi in altero?*
14. *Pignorationem fieri authoritate privata.*
15.17.18.19.21. *Pignus exhibendum esse Judici*
16. *inferiorem Jurisdictionem habenti.*
20. *Quid si pignorans pignus retinuerit?*
22. *Quid si id laserit aut occiderit?*

1. NEc † interest, quale sit animal, quod damnum dedit, modò tale sit, quod capi possit. *v.c.1.n.* 5. Pignorari itaq; possunt etiam equi & boves aratorii. *arg.* Landr. *lib.2.art.40.& 47. Dn. Carpzov. in forens.d.l.n.6.7. Berlich.d.l.n.6.7. contra Mollerũ.par.2 Consil.27.n.3.4.5. qui tamẽ loquitur de pignoratione ad jura sua tuenda facta, non de eâ, quæ ob damnum datum. item loquitur in casu, quo
2. alia pignora adsunt, quæ capi possunt.* Nec † excipiuntur animalia Clericorum. *Joh.Baptista Costa de factis scient.& ign.r.cent.r.2. dist.34.n.1. Alphonsus de Azevedo in Commentar.Jur.Hispan.lib.*
3. *tit.3.l.12.n.2.* Neque † distinguitur, utrùm pecus agrum sponte fuerit ingressum, an immissum ab homine. Regula erit: quoties competit actio de pauperie aut de pastu adver-
4. sus dominũ animalis, toties locum habet pignoratio. Quid † ergò, inquies, in casu immissionis, si animal non fuerit immittentis? quo casu actio de pastu nulla est adversus dominum animalis, sed tantum actio L. Aquiliæ adversus immittentem. *arg.l.1.§.ult.q.4.D.si quadr.paup.* Respondeo: concedemus hanc exceptionem extra Saxoniam, non item de Jure Saxonico, quod actionem de pastu & de pauperie non talem largitur etiam, si alterius culpa damnum contigerit licet in subsidium saltem, si custos aufugerit aut non sit solvendo, *v.supra c.16.n 71.c.3.n.148.* ut tum ex eventu pendeat effectus pignorationis, & ea, si immittens solverit, nihil noceat domi-
5. no. Imo † si modò præsens sit, qui immisit, neq; de fuga aut bonis

bonis suspectus, statim potest à domino pecudis impetrari restitutio pignoris, ne ipse nimium periclitetur ex facto alieno. *Secundum quod rescriptum memini ab Illustri Regimine Mense Martii currentis anni de restituendis ad petitionem domini pecoribus pignoratis, quæ ab alio erant immissa.*

Debet † autem pignoratio fieri in ipso facto. *arg.* Landr. 6.
lib. 2. art. 40. ibi: Und werden des Mannes Pferd oder Wagen verkümmert in der handhafften That. In † ipso facto 7.
fieri intelligitur, non tantùm si in ipsâ depastione, sed modò adhuc in fundo, in quo damnum dederunt, deprehendātur. Landr. *lib. 2. art. 28.* Findet man ihn aber an der frischen That / oder an der statt. quemadmodum ἐπ' αὐτοφώρῳ & in facto deprehensi fures dicuntur, non tantum, cum in ipso furto deprehenduntur, sed etsi in loco, ubi furtum fecerunt. *§. furtorum autem. 3. I. de oblig. quæ ex del. confer l. fur est. 3. pr. & §. fin. ff. de furt.* Quæ † tamen similitudo ulteriùs extendenda 8.
non est ad casum, quo pecus è fundo depasto jam est egressum. *Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. c. 80. n. 9.* maximè si jam aliud etiam intraverit territorium. *Aymo Publ. in Consuet. Arvern. tit. 8. artic. 1. n. 1.* Quòd † enim fur manifestus 9.
etiamsi dicitur, qui cum re furtivâ deprehensus est extra locum facinoris antequam eò deveniret, quò deferre rem vel deponere destinaverat, id tantùm per extensionem ita dicitur: *d. §. 3. vers. imò ulterius. I. de oblig. quæ ex del.* cum alias fur manifestus in faciendo deprehensus (sub quo etiam continetur, qui in loco delicti est deprehensus ab eo, qui deprehensus est cum re furtivâ extra locum delicti, distinguatur. *d. l. 3. §. fin. ff. de furt.* Non ergò hic manifestus dicitur, quia in facto deprehensus, sed quia cum re furtivâ. at gramina depasta, postquam absumta sunt, & per hoc gramina esse desierunt, attendi ita amplius non possunt, ut res furtiva, quæ neq; substantiam mutavit, neq; dominium. Si † tamen animalia alte 10.

rius in suo fundo quis deprehenderit, & dum ea vult capere, ipsa in alium fundum aufugerint, posse istum in continenti persequendo animalia etiam in alieno fundo capere, statuit Aymo Publit *in Consuet. Arvern.d.l* non adeò malè, quidquid enim est licitum in termino à quo, continuato actu licitum etiam est in termino ad quem, nisi sit diversa qualitas terminorum. *Baldus ad l.si quis non dicam.5.n.12.C de Episcop. & Cler. non obstantibus his, quæ infra c.26.n.7. & seqq. sumus dicturi. &*
11. *id.n.11.inf.* Imo †admiserim ego persecutionem modò in fundo depasto cœpta sit non tantum in agrum, sed & in Territorium alienum: cum persecutio ista sit actus privatus, per
12. quem non violatur Jurisdictio. Nec † obstat, quod delinquens in uno Territorio à persequente non possit capi in Territorio alieno; *Addit. ad Spec. lib.3. partic.1. tit. de accusat.§. fin. ad verb. contra certam. p.1 . col.1. vers. elegans Oldradi* sed si capiatur de facto, capiens teneatur actione injuriarum, *Hartm. Pistor. obs.42.n.1.& seqq.* possitve dominus hujus Territorii seu Jurisdictionis captum eximere manibus capientis, aut à capiente abductum repetere. *Bartol. ad L. si cui. 7.§. cum sacrilegium.n.4.D. de accusat. ubi Alexander in Apostill. Textus in c. ex parte.23.vers. propo suerunt, X. de V.S. conf. Constit. Elect. 8. pr. par. 2. (Dissentit quoad hanc potestatem repetendi Hartm. Pistor d.obs.4. n.5.)* quemadmodum ab Illustri Regimine Mense Martio currentis anni 165 . ita memini fuisse decisum; quamvis postea ministro, qui captivum duxerat, deprecante, & exhibita à Judice sufficiente declaratione, necessitas restituendi captivi fuerit remissa. Non, inquam, obstant hæc omnia, quia persecutio captivi aut capiendi Rei delinquentis fit auctoritate publicâ, & actus est Imperii pro diversitate causæ vel meri vel
13. mixti. Nec † aliter concessam hanc velim pignoris in vicino Territorio capiendi facultatem, quam ut pignus inde captum apud Judicem istius Territorii, in quo captum est, non in quo damnum datum est, deponatur. Sci-

Sciendum † enim est, quod pignoratio equidem fiat 14.
authoritate privatâ, sitve domino fundi potestas prehenden-
di animal nocens nullo implorato Judice. Landr. *lib. 2. art. 28.*
man mag ihn wol auffhalten oder pfänden für den Schaden
ohne des Richters Urlaub. *adde gl. ſ.* Landr. *lib. 2. art. 40. n. 8.*
Joh. Baptist. Cost. de fact. scient. & ignor. centur. 2. distinct. 34. n. 6.
Sed † actus iste apprehensionis & capturæ à retentione distin- 15.
guendus est, cum pignorans pecus pignoratum Judici, † infe- 16.
riorem Jurisdictionem habenti, *Berlich. par. 2. conclus. 34. n. 22.*
exhibere debeat, non penes se retinere. *Gratian. discept. forens.*
tom. 1. c. 80. n. 33. Coler. de proc. execut. par. 1. c. 3. n. 66. 120. secun-
dùm † constitutionem Electoralem 7. in f. par. 2. Es soll aber 17.
gleichwol mit der Pfandung gebührlich / und wie Landbräuch-
lich gefahret / und die Pfande in das Gerichte / darin der Grund
gelegen uberantwortet oder da sie daselbst nicht angenommen /
in das nechste Ampt dabey gewendet und außgestellt werden.
Quam † Constitutionem etiam in hisce Provinciis esse rece- 18.
ptam patet ex Decreto quodam Illustris Regiminis 10. Mart.
anno 1610. in causâ C. H. vor M zu D. contra die Gemeine zu
E. in hæc verba concepto. Im Fall nun der Schaffer dessen
sich noch ferner unterfangen würde / soll der Gemeine frey ste-
hen ihn zu pfänden / das Pfand aber nicht in die Kirchen zu le-
gen oder selbsten zu behalten / sondern dem Gerichtsherrn zu zu-
stellen und Abtrag zu begehren. Idem † servatur in terris Au- 19.
relianâ, Bituricensi, & Arvernensi, ubi pecus pignoratum ad
Judicem intra horas 24. duci debet. *Consuet. Aurel. tit. c. 7.*
Bacquet. Consuet. Bituric. tit. 10. 1. Consuetud. Arverr. tit. 28. artic.
12. 13. Quod si † pignorans penes se retineat pignus, pignora- 20.
to tenetur ad emendam, & Judici ad mulctam, *Berlich. par. 2.*
conclus. 34. n. 24. nisi † ipse pignorans habeat Jurisdictionem in 21.
illo loco, quo casu pignus captum ipse retinere potest, nec id
alteri Judici tenetur ostendere. *Berlich. d. l. n. 23.* Sanè † si pigno- 22.

rans pecus pignoratum læserit aut occiderit, ad refusionem [illegible] damni tenetur pignorato. 2. *Dn. Carpz. lib. 1. Respons.* [illegible] *& seqq.*

CAP. XXVI.

1. *Dominum capti pignoris teneri ad restitutionem damni.*
2. *cautione tamen præstita statim recipere pignus.*
3. *An pignoratio ad recuperationem damni sit necessaria?*
4. *In locum emendæ successisse solidum pignorationis.*
5. *de vocabulo* Pfand[illegible].
6. *quomodo differat ab emenda?*
7. *Ejus quantitas.*
8. *quomodo differat à mulctâ pignorationis?*
9. *quantitas hujus mulctæ.*
10. *ad cujus exemplum hæc mulcta introducta?*
11. *Emendam non solvi Judici.*
12. Gewette *(mulcta) unde dicatur?*
13. Busse *emenda, quid. & unde?*
14. *Quomodo mulcta & solidus pignorationis concurrant?*
15. *Pignoris æstimatio* [illegible] *non* [illegible] *absumta non admittit pignorationem ad reluitionem.*
16. *neq; tamen teneri eum ad reluendum.*
17. 23. 24. *A quo alatur pecus pignoratum?*
18. *An* [illegible] *probare alimenta?*
19. *Si animal* [illegible] *moriatur, teneri* [illegible] *dentem*
20. *ex L. Aquilia.*
21. *an in duplum?*
22. *An jurari possit a versus hunc Reum in litem?*

1. Finis † & potissimus effectus pignorationis est, ut dominus capti pignoris damnum restituat. Land. *lib. 2. art.* [illegible]: und sollen dar[illegible] Schaden gelten. [illegible] *art. 47.* [illegible]: den Schaden soll er gelten. *Consl. Elect.* [illegible] *par. 2.* [illegible]: des Schadens Abtrag.
2. Quod [illegible] antequam faciat, non recipiet pignus, nisi offerat cautionem judicio sisti, *l.* [illegible] *n.* [illegible] *D.* [illegible] *pignor.* [illegible]

tius

[illegible] de damno in casu succumbentiæ restituendo. *Azevedo in* [illegible] *lib.5.tit.7.l.1.n.11.* Si non appareat dominus animalis capti, capiens petere potest, ut animal supponatur [illegible], sive publicâ auctione vendatur, & sibi ex pretio satisfiat. *Joh. Baptista Costa de fact. scient. & ignor. cent.2.dist.34 n.1.*

Nec † putes, ad impetrandam hanc damni restitutionem 3. præcisè requiri pignorationem *Berlich. par.2. conclus.34.n.60.* [illegible] *3.n.1* [illegible]. cum etiam citra eam actio de pastu & de pauperie sint in promtu, quibus ad satisfactionem compelli possit dominus animalis nocentis. nisi consuetudine aut statuto singulari aliud fuerit introductum: ut in Arverniâ, ubi, [illegible] animalia capiantur, domino prædii consuli non potest super damno. [illegible] *Consuet. Arverr. tit.25. artic.1.n.4.*

Præter † istum tamen effectum principalem alii duo pi- 4. gnorationis sunt consequentia, emenda & mulcta. De emenda, quoniam etiam venit in actionem de pastu Saxonicam, jamdum egimus. [illegible] *& seqq.* unde huc repete. Addimus modò, in locum emendæ hodiè successisse pecuniam, quæ Germanicè dicitur der Pfandschilling *d. const.27. par.2. ibi:* neben den gewöhnlichen Pfandschilling. quamvis † hoc no- 5. men aliàs significet pecuniam, quâ pignus conventionale reluitur. quemadmodum Kauffschilling in emtione venditione denotat pretium. Dico, † solidum istum pignorationis 6. in locum emendæ successisse, non, quod quidam volunt eundem esse cum emendâ: hæc enim parti solvebatur quasi pœna, solidus ille præstatur Judici, quasi pro receptione pignoris capti, [illegible] Gerichtsgebühr. Quantitas † ejus in terris 7. Saxonicis non est uniusmodi. plerumque unicus est solidus, (i.e. 16 numm. [illegible] *n.17.*) maximè in Electoratu. *Berlich. par.* [illegible] *s.34.n.5.* [illegible] *Carpzov. in for. par.2. const.27. def.5. n.7.*

Differt † ab hoc solido pignorationis mulcta, quæ qui- 8.

dem itidem Judici solvitur, sed ut pœna, non, quemadmodum prædictus solidus, ut sportula. Hic semper & à quovis pignorato est præstandus; mulcta non nisi à contumaci. Contumax esse hôc loco intelligitur, qui non eo ipso die, quo pignoratio facta est, reluit pignus. Multiplicatur etiam ea mul-
9. cta, nec, ut ille solidus, in quantitate primâ subsistit. In singulas noctes (quod hodiè interpretantur, in singulas 24. horas, *Berlich. d. l. Dn. Carpzov. d. def. 5. n. 9.*) est trium solidorum; *d. Const. 27.* dem Gerichtsherrn von jeder Nacht / so lange das Pfand ungelöset stehen bleibet / drey Schilling Pfennige / qui faciunt quatuor denarios *v. c. 17. n. 16.*

10. Videtur † hæc mulcta esse introducta ad exemplum emendæ, quæ olim solvebatur à pignorato pignorationi resistente. Landr *lib. 2. art. 27.* wehren sie sich dann Pfand zu geben wieder recht / man bekümmere sie mit dem Gerüffte / so müssen sie bessern das Gerüffte mit dreyen Schillingen. *ubi gloss. latin. ad text. Germ. lit. f. in consequentiâ inde ad prædictam mulctam adstruendâ valdè laborantem.* Id quod etiam apud Aurelianenses quodammodo servatur, ubi pignorationi resistens conde-
11. mnatur in quinque solidos. *Consuet. Aurel. tit. [illegible] c. 14.* Illud † tamen constat, emendam istam parti pignoranti, non, quod quidam putant. *Berlich. par. 2. conclus. 34. n. 10.* Judici fuisse solvendam. Judex in suo Judicio mulctam habet & non emendam. Landr *lib. 3. art. 53.* sive, ut habet textus Germanicus: Jeglicher Richter hat Gewette in seinem Gericht / und keine
12. Buß. Mulcta † ibi dicitur Gewette. Wette heist so viel als wehe thuen / denn damit thuet man den unbendigen und ungezogenen Leuten wehe. quam denominationis rationem reddit
13. Glossa Landr. *lib. 3. art. 64. pr. vers.* gebeut der König. Buß † verò est emenda, & bessern emendare. *confer text. latin. Landr. lib. 2. art. 27. in f. & alibi passim cum Germanico.* Mit der Buß bessert man alle Mißhandlung / die man wieder den Menschen thut.

ſtuet / mit dem Gewette legt man ab Gott umb das / das ein Mann wieder den Menſchen gethan hat. *Gloſſ.* Weichbild, *art. 1[illegible].n.4.* Hoc vult, quod per emendam homini læſo ſatisfiat, *conf. c. ex parte. 2[illegible]. X. de V. S.* per mulctam (Judici præſtitam) placetur Deus offenſus.

Concurrit † autem mulcta pignorationis cum ſolido 14. pignorationis ita, ut ad utriusq; ſolutionem teneatur pignoratus, neque præſtatione unius ab altero liberetur. Sit tamen 15. pignus tamdiu ſteterit, ut pœna multiplicata æſtimationem pignoris abſorbeat, quemadmodum pignoratus jam non admittitur ad reluitionem pignoris, *Dn. Carpzov. par. 2. Conſt. 27. def. 6. Berlich. par. 2. concl. 34. n. 56.* ita † è contrario neq; ſoli- 16. dum pignorationis præterea ſolvere tenetur, *Dn. Carpzov. d. Conſt. 27. def. 8. Berlieb. d. concl. 34. n. 59.* nec ad reluendum pignus aut præſtationes abſumto ſive commiſſo pignore pro noctibus ulterioribus faciendas poteſt compelli. *Moller. par. 2. Conſt. 27. n. 2. Berlich. d. l. n. 57. 58. Dn. Carpz. par. 2. Conſt. 27. def. 7.* Atq; ita ab Illuſtri Regimine Saxo-Altenburgico in cauſâ H. L. zu H. contra J. M. zu M. 11. Sept. anno 1627. inter alia decretum fuiſſe inveni. Wann dann beklagtem Müller vermöge Landüblicher Sächſiſcher Rechte freygeſtanden / ob er das Pfand löſen oder verſtehen laſſen wolte / Als hat er höher nicht getrieben noch zu Ablöſung ſolches abgenommenen und numehr verſtandenen Pfandes wieder ſeinen Willen angehalten werden können.

Quæres, † quis interim, dum pendet reluitio, alimen- 17. ta animali pignorato præbere debeat? Et reſpondendum eſt, eum debere, qui incluſit; ita quidem, ut impenſas repetere poſſit à domino pecoris, id reluere volente. *Azevedo in Jus Hiſpan. lib. 5. tit. 17. l. 1. n. 7.* Neque † gravandus tum eſt repe- 18. tens onere probandi præſtationem alimentorum, cum animal non præſumatur vixiſſe de vento: *l. fin. C. de aliment. pu-*

pill.præst. sed hactenus credetur includenti, si dicat, se præbuisse alimenta, ut Judex taxet. *Alciat. [illegible] regul. 1. præsumt. [illegible]*
19. 2. Quod si † animal propter defectum alimentorum perierit, tenebitur includens, *Azevedo d. l.* etiamsi jure incluserit. *Mo-nac ad l. pen. C. de L. Aquil.* nec valet argumentum ex d. l. pen. à
20. contrario petitum. Tenebitur † autem actione L. Aquil. ex *arg. l. quemadmodum. 27. §. fin. D. ad L. Aquil.* utili. *§. fin. I. de L.*
21. *Aquil.* & † quidem in duplum, secundum Faciliuon [illegible] *(apud Zobel. par. 2. differ. 36. n. 9.)* per textũ L. pen. C. de L. Aquil. Sed iste textus casum inficiationis præsupponit. *[illegible] ad d. l. pen. confer supra in simili c. 16. n. 62.* quia præcedente [illegible] crescit. *§. fin. J. de oblig. quæ quasi ex del.* Regulariter aliis Re-
22. us condemnatur in simplum, quanti in litem fuerit juratum. *Costa de facti scient. centur. 2. dist. 34. n. 7.* Nimirum juramentum in litem in actionibus ex delictis locum habet *l. [illegible] furti. 9. D. d. in lit. jur. l. si quando. [illegible] C. [illegible] l. si per alium. 5 §. 1. D. ne quis eum qui in jus voc. v. Andr. Rauchbar. par. 1. q. 9. n. 32.* imò hodiè generaliter ex quavis causa in litem potest jurari. *Dn. Carpz. in forens. par. 1. [illegible] 23. def. 1[illegible]*
23. Per † includentem hoc loco non intelligimus Magistratum vel Officialem, qui pignus à pignorante recepit: (hic enim ad alimenta non tenetur, nec ex L. Aquil. aliter convenitur, quam si alios cibaria afferre passus non fuerit. *[illegible] §. fin. D. ad L. Aquil.*) *dissentit Paris de Puteo de Syndic. verb. Negligentia. c. qualiter arguatur. n. 6 [illegible] 6 [illegible] quem sequitur Nicolaus Carbo pract. lib. 2. [illegible] 7. n. 9.* sed eum, qui includi fecit, sive ad cujus implorationem & instantiam inclusio facta est, quemadmodum is, qui aliquem fecit incarcerari, tenetur ad suppeditanda incarcerato alimenta. *Paris de Puteo de Syndic. verb. Carcer. c. [illegible] carcerarius [illegible] n. 2. p. 2[illegible]3 [illegible]* & qui fecit sequestrari equum, equo sequestrato. *Paris de Puteo d. [illegible]*
24. 4. Solet † tamen interdum ipse pignoratus vel sponte vel ad de-

denunciationem Judicis, per ministros suos aut ancillas quotidianum victum præbere pecoribus captis, ut onere alimentorum restituendorum liberetur.

CAP. XXVI.
DE EXTURBATIONE ET TRACTATIONE NOXÆ.

1. *Animal sine damno expellendum esse.*
2. *veneno necandum non esse.*
3. *Expellentem de ambitu non teneri.*
4. *Nec anseres occidi debere.*
5. *Consuetudinem tamen cujusq; loci attendendam.*
6. *Quomodò abigi vel expelli possit animal, quod pignorari non potest.*
7. *Non teneri expellentem, si animal expulsum à canibus lædatur.*
8.10. *Quid si canes momorderint extra fundum?*
9. *An pater filiam adulteram possit occidere extra domum?*
11. *Actum posse reddi punibilem continuatione.*
12. *Pecora nocentia non esse lapidibus petenda.*
13. *Wehrgeldum Suis.*
14. *Animal nocens ne quidem jure Saxonico lædi debere,*
15. *exceptis Gallinis,*
16. *quæ tamen occidi non debent.*
17. *Wehrgeldum gallinæ.*
18. *Per defensionem impunè animal occidi,*
19. *ædes dirui.*
20.& seqq. *An homo occidi possit ob defensionem rerum?*
21. *Monachis non convenire defensionem rerum,*
22. *nec carum custodiam.*
23. *Etiam defensionem, ob quam occiditur animal, necessariam esse debere.*
24. *Explicatur phrasis,* Auff den heyligen Gewehren.
25. *Non credi simplici assertioni ejus, qui necessariam defensionem allegat.*
26.27. *Interdum propter præsumptiones contrarias ne quidem juramento ejus credi.*
28. *Corpus noxæ occisæ an sit occidentis?*

1 SEcundus † modus coërcitionis privatæ est exturbatio sive ejectio noxæ, vel mulctatio ejus sive mala tractatio. Jure civili animal alienum ex agro abigere licet, sed ut suum, i. e. sine damno. Aliàs ex Lege Aquilia abigens tenebitur, ut si equa prægnans percussa aut vehementius acta ejecerit. *l. Quintus sq. § Pomponius. 1. D. ad L. Aquil. Justinian. Leg. Georg. tit. [illegible] § 1. & [illegible] Adde Claud. Bertazzol. ad Consil. Barthol. Bertazzol. consil. 17 [illegible] lib. 1. Costa de facti scient. cent. 2. [illegible]. 34. n. 8. Conrad. [illegible] tit. [illegible]. 8. Publit. a Rompert. [illegible] tit. 28. art. 13. n. 3. Mar-*
2 *cellus Cal. de modo articul. § 2. n. 1 69. p. 610.* Quod † idem etiam ad casum præbiti veneni extendunt, *Panormitan. ad c. si quis aperuerit. n. 2. X. de injur. Publit. d. l.* ut teneatur etiam, qui escam venenosam projecit, aut foveam fecit in suo, qui animal vicini fundum ingrediens periret. Nec obstat quod ex L. qui foveas. 28. pr. D. ad L. Aquil. colligit Goffredus Tranensis, *n. 8. X. de injur.* eum qui in privato foveam fecit, non teneri de pecude ibi peremtâ. Id enim intelligendum est de fovea ad capiendas feras non pecudes decipiendas, factâ. In genere, si pecus in foveam, defendendi fundi causâ vel ad aliquem quemcunque usum, (rusticum cumprimis) modo non ad insidias ipsi pecudi struendas, factam inciderit, dominus, qui foveam fecit in suo, est securus. *v. iterum Leges Georg. [illegible] tit. 4. § [illegible]. ubi si animal hortum vel vineam ingressum [illegible] volens [illegible] pro [illegible] perierit, dominus horti ac vineæ indemnis esse jubetur.*

3. Nec † ob amissum animal aut post expulsionem [illegible] ditum expellens tenetur, etiamsi longius propulerit. *Tuschus lit. D. conclus. 5. n. 7. 8.* modo in ipsâ expulsione nulla contigerit læsio. cùm non teneatur expellens ad custodiam. maximè si dominum monuerit, ut quæreret animal expulsum. *Tuschus d. l. n. 8.*

Quod

Quod † dixi, sine damno faciendam esse expulsionem, 4.
non video, quâ ratione in anseribus, gallinis & similibus volatilibus diversum statui possit. quod faciunt Zobelius *par. 4. [illegible] r. 10. n. 3.* & alii, domino potestatem concedentes in his sibi ipsi jus dicendi, & interficiendi talia animalia secundùm jus commune. Equidem † in terrâ Aurelianensi & Arvernensi, 5.
si anseres aliaque volatilia damnum in alieno agro faciant, unum, aut si viginti fuerint vel plura duo ex his configere fuste, & ibi mortua deserere, non comedere aut in viam projicere [illegible] *c. 15.* [illegible] *8. artic.* [illegible] Bogerius etiam [illegible] gallinas in horto inventas de consuetudine occidi posse testatur. Quod tamen ad animalia, quæ sunt sub custodiâ, restringit Aymo Publiti[illegible] *ad* [illegible] *vers. tit. 28. artic. 1. n.* [illegible] & ideo negat procedere in columbis. *de* [illegible] *r. 53.* Jure Longobardorum, qui decem sues in suâ messe invenerit, vel ultrà decem, ex illis unam mediocrem occidere potest. [illegible] *c. 7. n. 52.* Bononiæ denique Statutum extat, secundùm quod cuivis licet aliena jumenta in suo fundo reperta occidere. *Joannes Bonifacius* [illegible] *n. 25.* Sed hæc jura singularia sunt & localia, non communia. Nec obstat, quòd Leges quoq; Georgicæ Justiniani *tit. 4. c. 4.* suem, ovem aut canem, si tertiâ vice in prædâ deprehendantur, sagittâ petere, aut caudam ei præscindere permittant. Leges enim istæ, ubi quid præter vel contra Jus in cætero Juris nostri corpore comprehensum disponunt, nullam hodiè habent authoritatem.

Jure Saxonico distinguitur, utrum animal damnum 6.
inferens sit tale, quod pignerari possit, an verò ferocius aut pernicius, quodve capere volentem non admittat. Et posteriori demum casu liberum est domino, vel abigere pecus, & illud assumtis duobus viris sequi in domum domini: quo casu dominus pecoris perindè præter damni restitutionem tenebitur

nebitur ad emendam, ac si pignoratio fuisset facta. Landr. *lib.2.art.47.* Ist aber das Viehe also gethan/ daß man es nicht pfenden mag oder eintreiben/ als Pferde/ die wilde seyn oder scheu oder Gänse oder Schweine/ so lade der dem der Schade geschicht/ dazu zweene Manne/ und beweiß ihn den Schaden (demonstrando eis damnum) und folge dem Viehe nach in seines Herren Hauß/und beschuldige ihn darumb/ so muß er ihm den Schaden bessern/als ob es gepfändet weer.) vel expellere per canes. Landr. *lib.2.art.40.Gloss.Lat.ad text.Germ. lib. 2. art. 47.lit.c Gloss.*Weichb.ld.*art.121.n.8.Coler.decis.136.n.40.Termin.*
7. *proc.c.192.n.8.Berlich.par.2,conclus.34.n.8.* Et † hic si canes pecudem vulneraverint vel occiderint,expellens,sive is, qui canes concitavit,nullatenus tenetur. Landr. *lib.2. art. 40.* Fretzet aber ein Mann seiner Nachbarn Korn ab oder andere ihre Saat mit Schweinen/oder mit Gänsen die man nicht pfänden mag/hetzet man sie dann mit Hunden/ und beissen sie die Hund zu todt/ oder verwunden sie/man bleibt es ohne Wandel und Schaden.

8. An † verò id requiritur, ut canes in ipso agro momorderint? quod sentire videtur Glossa Weichbild *art.121.n.8.* Lieff aber der Hund dem Viehe nach auff die Gassen/ auswendig des Mannes Trauff des Hundes Wirth soll den Schaden gelten auff recht. an potius domino fundi permittendum animalia in alterius fundum effugientia canibus adhuc persequi,& ibi occidere? quod de anseribus statuit Glossa Latina *ad text.Germ.* Landr *lib.2.art.40.lit.n.* Posterius non obscurè confirmat doctrina Bartoli *ad L.quod ait,Lex.23.§.quod ait.1. 5.D.ad L.Jul.de adult.* si Statutum permittat lædere ingredientem possessionem,licitam etiam esse ingressoris in fugam conjecti persecutionem & oppressionem. quemadmodum pater,cui filiam in adulterio deprehensam tantum domi suæ aut in domo generi occidere conceditur,*l.nec in eâ.22.§.1.D.*

ad

ad L. Jul. de adult. impunè eam etiam occidat profugientem, & in fugâ deprehensam extra domum. *l. quod ait lex. 23. §. fin. D. ad L. Jul. de adult.* Et adhuc magis in terminis Claudius Bertazzolius *in ad lit. ad consil. Bartbol. Bertazzolii lib. 1. consf. 117. lit. a.* & Aymo Publitius *ad consuet. Arvern. tit. 28. artic. 1. n. 4.* docent, si Statutum permittat animalia in fundo suo reperta propriâ authoritate interficere, licere etiam ea interficere extra fundum fugientia, modò fiat in continenti, & initium occisionis (dicere forte voluit, persecutionis) factum fuerit in ipso fundo. Verùm ; illa Lex 23. de adult. in quâ potissimùm radicantur hæc paradoxa, nihil habet de filiâ extra domum occisâ. fugisse potest filia è conclavi in conclave. potest se abdidisse in angulo quopiam, & à patre persecutore, omnes rimulas excutiente, post aliquot horarum spatium (maximè si amplæ fuerint ædes) tandem esse deprehensa. Tutissimi † mediâ viâ incedemus: aut canes in animal in fundo existens irruentes idem extra fundum profugiens spontè & sine ulteriori concitatione fuere persecuti, aut, postquam abstinuere persecutione, ad novam domini instigationem pecudem jàm fundo ejectam impetivere. Priori casu interfectâ pecude dominum fundi excusabimus : posteriori minimè. Benè † Oldradus *: citatus in addit. ad Specul. lib. 3. partic. 1. tit. de accusat. §. fin. ad verb. intra certum. p. 18. col. 1. vers. elegans Oldradi.* quandò aliquid inchoatur sine culpâ & pœnâ, si deducatur ad statum ex sui naturâ punibilem, puniri inchoantem, si persistat, cum sine facti difficultate & juris pœnâ desistere potuisset. *arg. l. qui cum major. 4. §. sed si minor. 2. vers. certè si. D. de bon. libert.* Neque valebit consequentia ab eo, qui animal pignoris capiendi, adeoq; damni evitandi causâ extra fundum persequitur, *supr. c. 24. n. 10.* ad eum, qui privatæ vindictæ causâ.

9.

10.

11.

Nec † extendenda est præcedens Juris Saxonici dispositio à canibus ad lapides, quasi domino fundi, si canes non 12.

adſint, lapidibus pecora petere liceat. Rectè Scabini Lipſienſes eum, qui ſuem ita occiderat, aliquandò condemnârunt
13. ad præſtationem Wehrgeldi. *Hartm. Piſtor. obſ. 50.* Quod quidem tantùm eſt quinque ſolidorum, Landr. *lib. 3. art. 51.* ſi animalis occiſi aliquis adhuc fuerit uſus, puta, ſi caro ejus manducari poſſit. Landr. *lib. 3. art. 48.* [illegible] Quid hodiè obtineat circà Wehrgelda animalium, vide ſupra c. 9. *n.* 45.

14. In † cæteris etiam caſibus ſervabitur Jus commune, ut ob damnum animali, licet nocenti, illatum teneatur lædens. Ex-
15. cipe † Gallinas, quibus, ſi noceant, captis alæ poſſunt præcidi. Weichb. *art.* 120. Fliegen auch Hüner in eines andern Mannes Hauß / und thuen ſie ihm Schaden / er mag ſie begreiffen / und
16. ihnen die Fittich abhauen / und mag ſie wieder heim ſenden. Ipſæ tamen occidi non debent. *Gloſſ.* Weichb. *d. art.* 2 *n.* 12 quam-
17. vis † Wehrgeldum, quod pro occiſis præſtabatur olim, valde fuerit exiguum. Landr. *lib. 3. art. 51.* Das Hun (in Latino textu ponitur pullus) gilt man mit einem halben Pfenning / die Bruthenne mit dreyen Pfenningen.

18. Sed † & propter metum inſtantis periculi vel damni animal nocens aut nocere volens rectè vulneratur aut occiditur, quaſi per defenſionem. Landr. *lib. 3 art.* 48. [illegible] ein Mann einen Hund und ſchleget ihn zu todt / ſo er ihn beiſſen wil / oder ſein Viehe auff der Straſſen / oder auff dem Felde / er bleibt es ohne Wandel. *Et* Weichb. *art.* 121. [illegible] ein Mann ein Hund zu todt / oder ein Beeren [illegible] er bleibet ohne Wandel. Ex verbis illis [illegible] Viehe notabis, etiam ob defenſionem alterius animalis (fortè pecudis) aut aliarum rerum animal nocens occidi poſſe. Sed & ſi committentibus duobus canibus unius dominus alterum gladio, baculo aut lapide petierit, & læſerit, ſecurus erit, *L. ... Georg. Juſtin. tit. 6. §.* 8. neq; magis injuria intelligetur feciſſe, quam

quam † qui orto incendio suarum ædium defendendarum 19.
causâ vicini ædificium dissipavit. *l. quo naufragium. 3. §. quod ait Prætor. 7. D. de incend. ruin. naufr.* Quid quod † hominem eti 20.
am occidere licet, tàm ob defensionem personæ, *l. ut vim. 3. D. de just. & jure. l. is qui aggressorem. 2. cum 2. seqq. C. ad L. Cornel. de Sicar. Ord. Crim. Carol. art. 150. pr.* quàm, ut quidam (quantum ad forum externum, sive seculare, sive Ecclesiasticum) volunt, rerum *per l. 1. C. unde vi. l. ita vulneratus. 4. §. 1. l. si ex plagis. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. c. dilecto. 6. X. de sent. excomm. in 6. c. interfecisti. 2. X. de homicid.* Quibus † non obstat, quòd monachus fures ve- 21.
stimentorum servandorum causâ occidens fiat irregularis ex c. suscepimus. 10. X. de homicid. Monachis enim, qui paupertatem jurarunt, & nihil habent proprii, *c. cum ad monasterium. 6. X. de stat. monach.* singulari ratione defensio rerum non convenit. Aut dic, quòd in rebus vilissimis, quales sunt Monachorum talares, illa tàm atrocis & periculosæ defensionis licentia exceptionem patiatur. In † casu etiam oppositi tex 22.
tûs Monachorum præcesserat culpa, custodiam domûs suscipientium quæ illos bonos Viros opera non decebat, utpotè qui Mundo & omnibus muneribus temporalibus se abdicaverant, Seculo mortui, & solum, si Diis placet, cœlum suspirantes, *quorsum notanter facit summa dicto c. 10. præmissa, confer c. pen. X. de homicid.* Neque verò defensio ista fratris domi manentis erat necessaria. dum enim fures vincti vinculis se solvere nitebantur, potuisset ille cum vestimentis suis centies aufugere. Et de tali defensione non necessariâ intelligendus etiam est c. si quis viduam. 8. dist 50. *nec obst. c. quia te. 8. dist. 50. & d. c. 2. X. de homicid.*

Id quod † circa principalem nostram adsertionem at- 23.
tendendum quoque est, ut non aliter excusetur, qui animal nociturum peremit, quàm si damnum aliter evitare non potuerit. *l. quo naufragium. 3. §. quod ait. 7. in f. ibi: cum aliud s non possit.*

posset. D. de incend. ruin. naufr. Landr. *lib. 3. art. 48.* Gewehret er es
24. auff den Heiligen. (Juramentum † innuitur solenne, quod olim super reliquiis sanctorum præstabatur, *c. habemus. 12. caus. 22. q. 1. c. de parentelâ. 5. c. Episcopus. 7. c. ab isto die. 9. caus. 35. q. 6.* ipsorum etiam Sanctorum factâ contestatione. *ut Novell. 8. tit. 3. princ. ibi: & per sanctam gloriosam Dei genitricem & semper Virginem Mariam, & per sanctos ArchAngelos, Michaelem & Gabrielem. A. B. tit. 2. §.* Ich N. *ibi*: Also helff mir Gott und alle Heiligen. *Capitulat. Caroli V. art. 31.* R. A. zu Speyer. *anno* 1544. *§.* so viel das Recht. *p. m.* 327. Sed istæ jurandi formæ hodiè ab his, qui meliora sunt edocti, repudiantur. *v. Dn. Limnæus ad Capitul. Caroli V. d. art. 31. verb.* zu Gott und den Heiligen geschworen.) daß er ihm anders nicht gesteuren können (*ubi gloss. Lat. lit. b.*) Weichb. *art. 121.* ob er schwehren thar auff die Heili-
25. gen/daß ers umb Nothwehr gethan hab. Adeò † simplici adsertioni defensionem prætendentis non creditur. *arg. c. un. pr. vers. si quis hominem. ibi: probare possit, quòd vitam suam defendendo. De pac. tenend. & ejus violat. 2. F. 27. Ordin. crim. art. 141.*
26. Imò † ne ad juramentum quidem is admittitur, si præsumtionibus contrariis oneretur: ut si canis vulneratus fuerit in
27. parte posteriori. Ita Glossa Weichbild. *d. art. 121. n. 9.* Quod † tamen rectiùs Judicis arbitrio committitur, singulas circumstantias ponderaturo. *c. fin. in f. X. de jurejur.* Quid enim si vulnerans non sui, sed suæ pecudis à cane morsibus petitæ defensionem alleget? quid si canis manuum jactatione aut quibuscunque minis territus aliquantillum retrocesserit, graviores illicò cum viribus sumturus iras?

28. Unicum † addimus, corpus animalis ita per defensionem occisi non fieri occidentis. quod putat Nicolaus Carbo, *lib. 2. practic. c. 7. n. 34.* impertinenter allegans §. cæterum. J. si quadr. pauper. ubi ne verbulum quidem de occisione animalis nocentis. Allegare forsitan voluit L. 1. §. in bestiis. 10. D. si

quadr.

quadr. pauper. qui quidem textus loquitur de animali, quod jam est nullius, & non propter occisionem, sed propter occupationem fit occidentis; sive is fuerit, qui damnum passus erat, sive quis alius nullâ scilicet damni habitâ ratione.

CAP. XXVII.

DE ANIMALIS NOCENTIS SUPPLICIO.

1. *Cui irrogentur pœnæ criminales?*
2.6. *An animalia injuriam faciant?*
3.4.5. *Explicatur vocabulum Sensus.*
7. *Explicatur l. fin. C. de L. Aquil.*
8.10.11.27. *an animal possit puniri?*
9. *deditionem noxæ propriè non fieri in pœnam.*
12. *Anseres à Romanis honorificè tractati.*
13. *Canes verò puniti.*
14.15.16. *Res inanimatæ ob cædem finibus ejectæ.*
17. *Statua ob cædem obruta.*
18. *Gladius ob eandem causam suspensus.*
19.20.21.22. & *seqq. An res inanimatæ possint puniri?*
23. *Cur instrumenta cædis nonnunquam suspendantur?*
24. *an occidisse intelligantur?*
25. *Disputatio Periclis de cæde Epitimii.*
26. *Responsum Apollinis de bove aneâ puniendâ.*
28. *Animalia puniri posse in terrorem.*
29. *interdum etiam, ut facti memoria aboleatur.*
30. *Caput equæ à Viro cognitæ publicè affixum.*
31. *In atrocibus factis supplicii memoriam conservandam.*
32. *Lex Mosaica de animalibus ob homicidium occidendis,*
33. *An etiam à Christianis observanda?*
34. *Porci ob homicidium suspensi;*
35. *Apes interfici jussæ;*
36. *canes obtruncati.*
37. *Sententia Clari de supplicio animalium.*
38.39. *An in foro Saxonico animal ob cædem puniatur?*

1. HUere † modi noxiam animalium vindicandi civiles. transimus ad criminales ob ista facta irrogandas. Irrogantur vel ipsi animali, vel personæ, cui aliqua circa factum imputatur culpa.
2. Animalia † propriè neq; delinqvunt, nec injuriam faciunt. Justinus Martyr à Sene quodam ignoto interrogatus: committuntne per injuriam capræ & oves in quemquam aliquid? in neminem prorsus quidquã, respondit. *Justin. in dialog. cum*

T.y.

Tryphone Judæo.& Seneca,*de irâ lib.2.* Bruta animalia nocere nobis posse ait,ut ferrum & lapis, non item facere injuriam. Nec enim,qvam ex Ulpiano *l.1.§.ait Prætor.3.D.si quadr.pauper.* rationem reddit Imperator,*pr.verf.nec enim.J.si quadr.paup.* animal injuriâ potest fecisse,quod sensu caret. Sensum † ac- 3.
cipe , non physicè pro sensu corporis,(quoniam fieri non potest,ut animal sit carens sensu. *Aristot.de part.animal.lib.2.c. 1.& de animâ.lib.3.c.12.tit.60.* imò propter partem animæ sensitivam & quoad illam animal est, *Aristot.de generat.animal. libr.2.c.1.& 3.* & secundùm eam ab iis differt, quæ tantùm vivunt. *Aristot. de generat. animal. libr.1. cap. fin.*) neque † ta- 4.
men pro proæresi,*ut explicant Schneidewinus & Wesenbec. ad Institut. si quadr.paup.*seu pro animo delinquendi, voluntate & destinatione *ut Francisc. de Claperiis in tractat. de Imperio & Jurisdict. conclus.4.num.6. &, ut videtur, Koppen. lib.2,obs.78.n.3.*(cum etiam citra eam damnum injuriâ possit fieri *arg.l.in lege.44.pr.D.ad L.Aquil.* sed † pro mente, *Grot.in* 5.
flor.Justin.ad l.1.D.si quadr.paup. intellectu, *Messinggius ad pr. verb. animalium nomine. Pacius ad §.pauperies.J.hic.* judicio, *Theophilus & Cujac.Inst.hic.* (quod nimirùm in faciente injuriâ requiritur,licet is eo tùm,cum injuriâ facit,fortè non utatur) sive ratione,*arg.pr.ibi: quæ ratione carent.J.hic. Cujac. d.l.* quæ quasi sensus est animi. *L.n.Job. Otto Tabor racem. crimin.1. §.19.confer l.quamvis.32.§.fin.de adquir.poss.l.si cum dotem.22.§.si maritus.7.D.sol.matrim.* Enimverò † quia brutum irratio- 6.
nale est,ideò nec ullo modo legis est capax,*c.mulier.4.caus.15. q.1.* Quod autem Juris capax non est idem nec injuriam(quā hic non sumimus pro contumeliâ tantùm, sed pro omni eo, quod non jure fit *l.1.pr.D.de injur.*) pati potest, nec injuriam facere. Nec † obstat,quod in L.fin.C.de L.Aquil.mentio fit 7.
prædiorum per injuriam depastorum:cum ibi non intelligatur injuria animalis depascentis,sed hominis immittentis.

Si † ergò animal propriè non delinquit, neque pœnam 8.

propriè poterit pati. Imò etiam ubi aliqua species est delicti (ut enim in animalibus aliqua nonnunquam Juris est figura, ita & injuriæ) nihil tamen in animal acerbi, quo tanquam pœnâ afficiatur, statui debere, communis est opinio. *Jul. Clar. sentent. lib. 5. §. fin. q. 99. n. 8. Emanuel Soarez in thesaur recept. sent.*
9. *verb. animal.* nisi † huc referre velis deditionem noxæ, quasi quæ in pœnam fiat corporis dediti, *confer c. 10. num. 2.* dum recipienti noxam cum dominio libera tribuatur potestas mulctandi, & quocunque modo velit tractandi animal sibi deditum. Verum cum novus ille dominus, quidquid facturus est, jure dominii facturus sit, non quòd ad pœnam aliquam obligatum habeat animal deditum, ea potiùs deditio ad liberandum reum, quàm animalis puniendi causâ fieri videtur. *Francisc. de Claperiis in tract. de Imper. & Jurisd. conclus. 4. n. 6.* Imò de brutis, quòd noxæ dedantur, propriè dici posse negat Valla, quem tamen ideò tanquam temerarium invasorem alienæ messis refellit Tiberius Decianus. *tract. crim. lib. 1. c. 15. n. 13. per l. 1. §. noxa autem. 14. D. si quadr. pauper.* Sanè deditio noxæ ad actionem privatam & civilem pertinet. at nos hôc loco de pœnâ publicâ, &, ut ita loquar, criminali agimus.
10. Quæ † vel ideò in animalia non quadrat, quòd in ea neq; Jurisdictio neq; merum Imperium exerceatur. *Jul. Clarus d. q. 99. n. 8.* Benè Landrecht: *lib. 2. art. 40.* Kein Vieh verbürt Gewet-
11. te dem Richter an seiner That. Quemadmodum † tamen ob facta, speciem insignis beneficii habentia, in laudem & gloriam facinorum brutis singulares nonnunquam decreti fuere honores: ita ubi speciem ingentis maleficii, suppliciis ipsa
12. subdita velut odii facto conciliandi causâ. Romani † in honorem anserum clangore suo Gallos Capitolium occupaturos prodentium, argenteum anserem in Capitolio ponebant, atq; singulis annis anseres in grabatulo quàm decētissimè collocatos publicè alebant; (quod ab Italis hodiernis, anseres mactan-

ctantibus & devorantibus malè servari conqueritur Glossa *ad Clem.un.verb. omnium Sanctorum. De reliq. & venerat. Sanctor.*) canes † verò, quòd non latrâssent, quasi perfidos, suppliciis annuis mactabant. *v.P. Ærod.rer.judic.lib.3.tit.16.c.1.p.464.* 13.
Neque † miraberis canibus diem dictum, Inanimata etiam, si eorum casu cædes fuisset facta, finibus ejici, Atheniensium Legislator sanxit Draco. *Samuel Petitus commentar. lib. 7. tit. 1. fol.523.* 14.
Ita † statuam Niconis Thasii, (alii Theagenis, alii Diomedis volunt) quæ ab inimico Niconis fustibus cæsa cædentem oppresserat, ita † gladium, qui penes Sacerdotem occisum fuit repertus, ignoto alio cædis authore, in mare dejiciẽdo exterminârunt. *v.Speckban cent.1.q.84.n.15.17.* 15. 16.
At † quâ severitate non longùm abiit Philippicus Imperator, statuam, quæ collapsa Himerium de eâ cum Theodoro confabulantem occidit, obrui jubens; Ærod.d.l.c.3. & † novissimè Parlamentum Tholosanum, ensem, quo homo erat interfectus, anno 1540. faciens suspendi. Harprecht.ad §.1.n.13. J. si quadr. pauper. 17. 18.
Ridiculè, † ut mihi videtur, cum propter defectum sensûs naturaliter etiam impossibile sit, res inanimatas vel pœnam sentire, vel dolorem saltem. 19.

Non † moramur Lucam de Pennâ, *ad l.quoniam.12. n. 1. C.de curs.publ.& ad l.un.n.1.C.si Curialis relictâ civitate rus habitare maluerit.* & Franciscum Coscium Senensem, *in c.cognoscentes.n.19.X.de constit.(in oper.Repetit.Jur.Canon.tom.2.p.158.)* rerum etiam inanimatarum pœnam defendere conantes, multis adductis exemplis. Potiora referam: (1) Mensuræ iniquæ ab Ædilibus franguntur. *l.item quæritur.13.§.si quis mensuras.8.D.locati.* (2) lecti in via publica positi conciduntur. *l.lectos.12.D.de peric.& comm.rei vend.* (3) Veredorum sellæ præscripta moderaminis Imperatorii librimenta transeuntes in frusta cæduntur. *l.quoniam.12.C.de curs.publ.lib.11.* (4) Arbores juxta aquæ ductûs pullulantes exciduntur. *l.1. C.de aqua* 20.

duct. libr. 11. (5.) Libri funestum Eutychetis & Apollinaris dogma complexi incendio concremantur. *l. quicunq. §. in f. C. de haeret.* (6.) Mala medicamenta, venena, & libri Magici corrum-
21. puntur. *l. caetera. 4. §. 1. D. fam. ercisc.* Non † est, ut plura recitem, allatis longè frigidiora & imbecilliora. Vides, in tribus posterioribus casibus res noxias, ut evitentur futura mala, non ut earum noxia praeterita puniatur, tolli, perdi, aboleri, in prioribus verò hoc agi, ut authores earum rerum, vel, qui eis usi sunt, domini, damno aliquo vel ignominiâ afficiantur,
22. non ut ipsae res luant. Nunquam † poena in rebus inanimatis terminatur, quemadmodum equidem in homine, aut secundum analogiam in animali.

23. Non † negamus, quorundam locorum consuetudine in nostris etiam provinciis lapides, fustes, gladios suspendi in foro, curiâ, vel alio loco publico. Non autem id fit quasi poenae causae: sed habentur ita suspensi aut affixi, ut homines moneantur armis sive telis quibus occidi potest homo, providè
24. uti. Instrumenta † aliàs ista non magis occidisse intelliguntur, quàm calceus tuus ambulare, aut chirotheca furari. Non res sunt, quae delinqvunt, sed qui res possident. *nov. 17. c. 1.* Ut
25. † valdè subtilē oportuerit fuisse Periclem, ubi cum Protagorâ de Epitimio Thessalo lanceâ interfecto per totū diem disputavit, quis verè illius caedis author esset, lancea, an qui eam vibrâsset? *Aerod. rer. judic. t. libr. 3. tit. 1. c. 1. pag. 465.* Per lance-
26. am homo occiditur, non à lanceâ. Subtiliùs † adhuc Apollo Elaeos bovem aeneam, quòd puer caput ei impingens ex vulnere mortuus esset, de caede damnatam exportare volentes Oraculo monuit, ut bovem eo ritu expiarent, quo solerent homicidium factum ab imprudente. *Aerod. d. tit. 1. c. 2. p. 466.* Digna profectò res Oraculo, quod insanire scilicet decebat cum insanientibus. quasi ulla in inanimatis delicti aut facinoris possit esse figura.

At

At verò † in brutis motus est spontaneus & sensus, qui 27.
& criminis & supplicii aliquam sustinere possunt speciem.
Mortem enim patiuntur, damno affecta tristantur, occisorem timent, & nonnunquam ad supplicium ducta, nescio, quo præsagio, restitant & horrent. Attamen † ad supplicium 28.
ducuntur, non coërcitionis causâ, sed ut, qui duci jubet, facinoris abominationem contestetur. Quæ quidem generalis est ratio pœnæ animalibus irrogatæ. Specialis † est in factis 29.
obscœnis, memoriæ abolitio. *c. firmissimè. 3. §. ex eo autem, c. mulier. 4. caus. 15. q. 1. cujus textûs commendationem remissivè habet Tiraquellus de pœnis temporand. caus. 49. n. 39.* Quam † non observ- 30.
vant, qui equarum aut vaccarum à Viris initarum capita in loco publico faciunt affigi, defensi licet à Julio Claro. *sentent. l. br. 5. §. fin. q. 99. n. 8.* Specialem eam rationem puto in factis obscœnis. In † atrocibus (nam ex hisce duabus causis, atro- 31.
citate vel obscœnitate facinoris, hodiernis moribus plecti solent animalia) absurdum non est tale irrogare supplicium, post quod facinoris puniti conservetur memoria, atque homines conspectis noxæ reliquiis ea fugere discant, quæ etiam brutum non impunè vident tulisse.

Atrox † factum intelligimus, cum animal hominem 32.
occidit. Sanguinem enim, animarum vestrarum, dicit DEus, *Genes. 9. vers. 5.* requiram de manu cunctarum bestiarum. Et *Exod. 21. vers. 28. & seqq.* bovem, qui hominem occidit, lapidari jubet Sanctissimus Legislator. Quam † Legem, utpote ad 33.
absterrendos homines bestiarum more feroces latam, & fundatam in jam allegato dicto Geneseos, etiam ultra Politiam Judaicam extendit Ludovicus Dunte. *de casib. conscient. cap. 10. sect. 2. q. 15.* Secundùm quod Horatius Carpanus *in nov. Constit. Mediolan. c. homicida. pr. n. 79.* animal brutum hominem occidens puniri vult, ut homicidam. Et † Guido Papa *decis. 238.* 34.
in Burgundiâ se meminit vidisse quendam porcum, qui puerum

rum occiderat, in furcis suspensum. ab Andegavis item porcos, qui sanguinolentos corroserint, sæpè suffigi, testatur P. Ærodius Quæsitor Andegavensis, *rerum judicat. lib. 3. tit. 16. c. 4.*
35. & † *c. 1.* ex Concilio Wormatiensi refert, jussisse illud apes in-
36. terfici, quæ hominem necaverant. De † canibus, qui novitium Franciscanum discerpserant, & ideò anno 1610. ex sententiâ Judicum obtruncati fuere, vide apud Mornacium. *ad l. 1. pr. D. si quadr. paup. hoc exemplum adducentem tanquam singulare: quòd, licet Plinius Leones viderit suspensos in Africâ, idemq; propter atrocius admissum fuerit observatum in aliis animalibus, vetustas tamen in canes, nihil tale statuerit, ob fidem & cæteras eo-*
37. *rum virtutes, sed vide supr. n. 13.* Dissentit † Clarus *d. q. 99. n. 8.* & apertè, nunquam sibi eam consuetudinem puniendi animalia placuisse, neque (nisi in casu Sodomiæ, quæ ad nostrum tractatum non pertinet) se eam servaturum esse profitetur. quem imprudenter sequitur Carpanus. *d. c. homicid. verb. ita quod moriatur. n. 961. v. supra n. 33.*

38. In † foro Saxonico tantum abest, ut animal ob homicidium plectatur, ut potiùs heredes occisi & dominus animalis & Judex de dominio ej⁹ vel retinendo vel adquirendo graviter contendant. *v. §. Gloss. Lat. ad text. Germ.* Landr *lib. 2. art.*
39. *40. lit. c. adde supra c. 9. n. 36. & c. 10. n. 53. & seqq.* Habet † equidem Dn. Carpzovius *in prax. crim. q. 131. n. 25.* de bove occisore præjudicium, daß der Ochse zu Verhütung ferneren Unglücks und Schadens billich abgethan werde/ Sed loqui id videtur de mactatione bovis cornupetæ, non tanquam in pœnam admissi, sed, ut verba sonant, evitandi futuri periculi causâ, à lanione fortè, non à carnifice, faciendâ; seu de tali mactatione, quæ domino ne quidem carnis & corii dominium eripiat. *confer*
40. *c. 12. n. 4.* Pulchrâ † se hic nobis offert quæstio de Locustis, an hæ propter damna, agris, pratis & vineis illata vel inferenda excommunicari possint? Quam quæstionem Bartholo-

mæus

mæus Chaſſenëus *Conſil. 1.* tractat latisſimè, & affirmativè decidit. In † themate ſtatim narrat, eſſe in Burgundiâ quandam Provinciam, nomine Belnam, quæ muſcis grosſioribus abundet. ideo ad Heduos, quaſi Principes Burgundiæ, plerumque eam confugere, atque petere, ut per Officialem ſedis Epiſcopalis Heduenſis iſtis animalibus præcipiatur, ut ſe à frugibus abſtineant, &, ſi non pareant, ut anathematizentur. In † fine conſilii proceſſum deſcribit: primò fieri ſupplicationem pro parte Parochianorum, in quorum terrâ ea animalia ſæviunt. Adſcribam elegantisſimam ejus formulam, licet adverſus mures conceptam, quos ſcilicet eodem Judicio pulſant iſti Præſtigiatores. Ita verò habet: Supplicant humiliter & devotè, lamentabiliter & quereloſéque conquerendo veſtri perhumiles obſequiales ſervitores parochiani & incolæ de N. quôd cum in finibus & territoriis ſuis nonnulla animalia immunda in formam murium urbanorum exiſtentia, griſei coloris, à nemoribus circumvicinis exeuntia, creaturæ rationali & humanæ contraria & nociva, quæ adeò excreverunt, quod in vineis damna humano populo inſupportabilia faciunt, vineas rodunt, penitus annihilant, & jam incipiunt in vineis abundantius pullulare, cauſabuntque famem, cariſtiam, aliaque damna inſupportabilia, inenarrabilia, ſive irreparabilia, niſi per Dei miſericordiam, aut clavium Eccleſiæ poteſtatem & bonam proviſionem veſtram dictis parochianis & ſervitoribus & ſubditis veſtris adverſus dicta animalia per veſtram dignisſimam paternitatem extiterit & conſultum & proviſum. Hinc eſt, quod vos ſimpliciter exponunt, & exorando deprecantur, quatenus ſuper præmisſis damnis inſupportabilibus ſalubriter eisdem conſulere & providere dignemini, ne fructus naturæ divina virtute producti, vitæ humanæ deſtinati, per hujusmodi animalia irrationabilia perimantur inculiûs divini detrimentum, militantis Eccleſiæ diminutionem, fidelium pro-

41.

42.

videbitis saluti. Et dictos Parochianos vestros subditos apud Altissimum perpetuos habebitis Oratores, & in percipiendis filios obedientes.

Vides libellum supplicem suavissimum, qui vel solus muribus objectus sive prælectus, aut locustis, eos easve omnes sedibus suis protinus sit ejecturus atque propulsi rus quam longissimè neque, credo, elegantiorem exarare potu-
43 isset Obscurorum Virorum obscurissimus. Nec † mora. post insinuatam eam supplicationem dicit Chasseneus Advocatum distribui pro consilio accusatorum animalium, qui responde- at, prædictam anathematizationem fieri non debere, allatis
44. rationibus non paucis. Quibus † tamen non obstantibus Judices & officiales adjurationes facere in hunc modum: Adjuro vos limaces & vermes & omnia animalia immunda, alimenta hominum dissipantia & corrodentia, hoc in territorio & parochiatu existentia, ut à dicto territorio & parochiatu discedatis, & ad loca, in quibus nullis nocere possitis, accedatis, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, Amen. Postea sententias maledictionis & anathematizationis in ampliorem formam protendi, & emitti ad Presbyteros Capellanos &c.
45. vicinos. Præfatur † in illis sententiis sive Edictis Episcopus vel ejus Vicarius de misericordia & amore Dei erga genus humanum, item de Deo peccatores per animalia puniente, tum de precibus & querelà de animalibus istis delatà. Deindè suadet ut homines peccata sua confiteantur & defleant, Dei & Deiparæ Virginis Mariæ aliorumque Patronorum opem implorent, misericordiæ divinæ confidentes. III. Præparat se ad anathematizationem, referens maledictionum exempla ex sacris atque legendis sanctorum; & ad quasdam objectiones respondens IV. jubet, ut coram populo, dum missæ celebrantur, item in processionibus suis cum cruce seu vexillo & aqua benedicta faciendis, item cum cereis, authoritate Episcopi

pi & virtute SS. Trinitatis Clerici præcipiant animalibus istis utriusque sexus primò secundò & tertiò, ut à vexatione & vastatione prædiorum sub pœna divinæ indignationis & æternæ maledictionis desistant intra trium horarum (vel dierum) spatium. V. Quod si non destiterint, & præcepto huic Ecclesiastico sive divino, instigante Satana, non paruerint, tum Episcopus authoritate Episcopali ex Dei & Ecclesiæ parte, & ex parte omnium Sanctorum virtute clavium ea animalia extunc prout exnunc vi sui Edicti maledicit & anathematizat. VI. jubet, ut & ipsi Clerici eam sententiam proferant sæpius & frequenter, donec appareat divinæ pietatis & misericordiæ effectus.

Mireris † vecordiam hominum, qui rem precibus exordiuntur, non ut illis Deus exoretur, sed ut prologum quendam præmittant blasphemis suis ineptiis, aut saltem eis titulum quærant. Nimirum pôstquam fucatis illis precibus Deum nequicquam flecti intelligunt, alia eum via aggrediuntur, ad incantamenta sua conversi, inve illas interminationes aniles tandem desinunt, tanquam explosi utres, rem sibi benè egisse visi. cum incondito strepitu colophonem imponunt fabulæ bellissimæ. Attamen † quin hæc omnia jure fiant, nullam hactenus fuisse dubitationem, intrepidè adserit Chassenéus, atque in eam rem consilium conscripsit locupletissimum, & ad instar integri tractatûs prolixum. Non pigebit in compendium id redigere, ut videas, quanto studio rem absurdissimam defenderit JCtus. Quinque istius sui Consilii fecit partes. In † prima animalium, quæ oppugnaturus est, nomina evolvit, ea modò locustas, modò erucas, bruchos, scarabéos, convolvolos, & lingua vernacula hurebers appellari referens. Quæ quidem mittimus. In † secunda parte serias nugas agere incipit. Quærit: an locustæ realiter sive personaliter citari debeant, an verbaliter? Pro prioris affirmatione

46. 47. 48. 49.

 adducit

adducit, quod causa sit criminalis, quodve animalia ista neque mobilia neque immobilia possideant, ideoque suspecta sint de fuga. Ad quod tamen dubium respondet, imo hoc ipso processu ipsorum quæri fugam, & ad hoc citari, ut fugiant. Pro negativa etiam affert, quod ista animâlia sint universitas, quæ personaliter citari non possit. quodve citatio personalis locum non habeat, nisi contra delinquentem, animalia verò ratione carentia non delinquant. Concludit, citari posse ista animalia, non ut puniantur ob delicta commissa, sed ut ne damnum ulterius inferant. quamvis in parte consilii ultima, sui quasi immemor, necessariam non esse citationem statuat, tùm quod pro manifesta injuria liceat quem etiam non citatum excommunicare, tùm quòd super crimine notorio ferri possit sententia nullo Juris ordine servato.

50. In tertia parte quærit, an animalia illa possint comparere per procuratores? Pro negativa iterum facere, quod causa sit criminalis, & quidem circa delictum grave; (scandalizari enim populum, dum hæc animalia perdant vinum, quod lætificet cor hominis; committi etiam ab eis homicidium, quod sanguinem videatur effundere, qui mercenarium fraudat mercede sua, item sacrilegium, quod pauperes sint membra Christi) quod procurator non admittatur sine mandato, nullum autem mandatum possit produci ab eo, qui nomine animalium compareat; neque sufficiat scientia & patientia eorum (si quis de eâ objiciat) ad inducendum mandatum in primo termino. Pro affirmativa tamen allegat observantiam in Curia sedis Episcopalis Heduensis, ubi Judex istis Scarabéis constituit defensorem, ne condemnentur absentes. Quid autem defensor ille debeat proponere, & quomodo absentiam suorum clientum excusare, latè in hac tertia parte exsequitur Chassenens. Id unicè agunt isti nugivenduli, ne innocentes fortè scarabei in tantum discrimen adducti fuisse videantur.

Credo

Credo, quod neque pulices ſuos aut pediculos auſint mactare, niſi accuſatione prævià & inſtituto proceſſu ſolenni.

In † quartà parte diſquiritur de Judice competente, Laicus ille ſit, an Eccleſiaſticus? Pro Laico eſſe, quod hîc non agatur de concernentibus animam, ſed de damno dato in rebus temporalibus. quod Judex Eccleſiaſticus non poſſit judicare in cauſa ſanguinis; convolvoli autem iſti propter vim & rapinam, quam in fruges exercent, furcarum ſint rei, aut, ſi anathematizationis proceſſum urgeas, per hunc ipſis auffecantur alimenta, & ita per indirectum cauſa ſanguinis tractetur. item quod locus delicti potiſſimum ſint agri Laicorum, aut Clericorum privati. quod animalia iſta neq; clericatum nec ordinem habeant, & ideò pro Laicis ſint habenda. Contrarium tamen, quod Eccleſiaſticus debeat eſſe Judex, verius eſſe oſtendit Author, quoniam majus dignum trahat ad ſe minus dignum & ergo ſufficiat ad fundandam Jurisdictionem Judicis Eccleſiaſtici, quòd Locuſtæ alicubi etiam in bonis Eccleſiæ intulerint damnum. Cum primis ponit unum motivum, ut loquitur, quod ſit reſponſivum ad omnia contraria, nempe: quoties mucro Eccleſiæ magis timetur, quam pœna temporalis, illum à Judice Eccleſiaſtico debere infligi. & animalia ſæpe dicta nullam civilem pœnam timere. Addit, Pontifici, Epiſcopis, & Judicibus Eccleſiaſticis commisſam eſſe curam gregis Dominici. Gregis autem Dominici appellatione venire omnes, qui habitant terram. Omnia enim ſubjecta eſſe pedibus ejus, oves, boves, &c. Prælatos ergo in ſuis Provinciis, tanquam MiniſtrosChriſti, & vivis & mortuis & inſenſatis imperare poſſe. 51.

In † quinta tandem parte cardo volvitur totius negotii. Quæritur ibi, an Scarabei ſive locuſtæ posſint excommunicari? Omnes hîc vires ſuas, nec immeritò experitur Chasſenéus. Pro negativâ quidem adducit, quod ex communicatio- 52.

 nis

nis sententia non feratur nisi in contumacem, & pro peccato mortali, at in locustas neq; contumaciam cadere, neq; mortale peccatum. Quod excommunicatio sit positio extra Ecclesiam, vel separatio à qualibet communione, vel à quolibet actu legitimo, cum ergo ista animalia non sint intus, nec extra poni posse. Quod ignorans excommunicari non possit. *c. fin. de constit. in 6.* Quod anathematizatio feratur in animam, *c. si quis Presbyterorum. 6. X. de reb. eccles. non alien.* & sit medicina animæ. *c. 1. de sentent. excomm. in 6.* Quod non feratur, nisi in Christianum, sive qui membrum sit Ecclesiæ militantis. *c. audivimus. 4. vers. in quo formam. caus. 24. q. 1.* Quod facienti actum licitum, non imputetur id, quod inde sequitur. Factum autem Locustarum licitum esse, tam jure divino, quàm naturali. ibi enim permissum esse etiam fundum alterius & vineas propriâ authoritate intrare, & uvas comedere. de natura etiam istorum animalium esse, uvas pubescentes rodere. fecisse Deum Bestias terræ juxta species suas, jumenta & omne reptile terræ in genere suo. *Genes. 1.* & dixisse Deum: ecce dedi vobis omnem herbam &c. ut sint vobis in escam, & cunctis animalibus terræ, omniq; volucri cœli, & universis, quæ moventur in terra. Ulterius quod pœna excommunicationis non imponatur, nisi Lex expresse imponat. Quòd Universitas non possit excommunicari. *c. Romana. 5. vers. in universitatem, X. de sent. excomm. in 6.* Quod docente D. Thomâ maledicere rebus irrationalibus, in quantum sunt creaturæ Dei, sit peccatum blasphemiæ. Quod Deus immittere soleat ista animalia in pœnam hominum ingratorum, qui decimas non solvunt, aut aliter sunt impii. *Deut. 28. Ps. 77. Joel. 1. c. revertimini. 65. caus. 16. q. 1.* hominem ergò resistere aut contra stimulum calcitrare non debere. Quod si homo punitionem pôsset impedire, sequi, apud Deum non omnia esse possibilia, atque hominem Judicem esse in propria causa.

His

His tamen omnibus non attentis affirmativam graviter tuetur Consultus: (1) authoritate Leonardi de Utino, in sermon de blasphemiâ dicentis, quòd Ecclesia possit maledicere creaturis irrationalibus maledicendo. (2) Pergit: arborem, quæ non afferat fructum bonum, debere excidi & in ignem conjici. *Marci.* 3. *Matth.* 7. E, multò magis destrui posse afferens damnum. (3) Omnem Creaturam subjectam Juris Canonici conditori subjici debere regulis Juris Canonici. *c. 1. X. de co stit.* Atqui animalia irrationalia esse subjecta homini, per Psalmistam dicentem: omnia subjecisti ped bus ejus, & juberi hominem, ut subjiciat sibi terram, & dominetur piscibus maris, & volatilibus cœli, & omnibus animantibus, quæ moventur super terram. *Genes.* 1. *Clem. un. vers. dedit enim de reliq. & venerat. Sanct.* Esse ergò & locustas sub Jurisdictione hominis. atqui non posse eas coerceri pœnis civilibus. restare ergò Ecclesiasticas. Non obstare, quòd par in parem non habeat Imperium. homo verò post peccatum comparatus sit brutis. istud enim nihil esse. (4) Omnia hominis gratia facta esse, cum primis fructus *l. cum igitur.* 2. *ff. de stat. hom.* §. *in pecudum.* 37. *J. de rer. divis.* (5 Deum *Malachiæ c. penult.* promittere, si homo posuerit de fructibus suis in horrea Dei, se increpaturum locustas. Si ergò homo decimas præstet, ad observantiam teneri ipsum Christum, qui ex sua promissione remanserit obligatus. Rectè Agricultores recurrere ad Episcopos, Christi Vicarios, ut quod Deus promisit, ipsi præstent (6) Ea potius servanda, quæ ad vitam hominis sint necessaria, quàm quæ nocent. atqui animalia ista esse nociva, fructus verò prodesse homini. (7) Etiamsi maledicere istis animalibus peccatum esset, tamen ex duobus malis minimum esse eligendum. majus autem malum esse perditionem fructuum. ex perditione enim istâ oriri famem; ex fame mortem & homicidium, ad quod evitandum

licitum

licitum esse transgredi regulas Juris Canonici. (8) Ad clamorem Populi puniri debere etiam non puniendum, ne oriatur scandalum. (9) Experientiam aliquot annorum (148:. 1487. 1488.) docuisse, quòd animalia ista post anathematizationem perierint, aut à locis afflictis se absentârint. Addi potuissent exempla Severini, Abbatis Pannonici, locustas Cuculli castelli agrum devastantes suis & Ecclesiæ precibus exterminantis; Bernhardi, muscas in Oratorio Fusniaci ingredientibus molestas, excommunicantis; Pauli Monachi Britanni, graculos ad abbatem agentis quasi pecudes, ob frumentum depastum puniendos; Bennonis Osnabrugensis Episcopi, gliribus diœcesi sua interdicentis; Hilarionis denique, qui Onagrum sui gregis ducem ob pomarium devastatum stare quondam jussit, & baculò tundens latera, quare, inquit, comeditis, quod non semināstis? *v. Zuinger. Theatr. volum. 5. lib. 4. p. 1515.* Sed potiora habet Noster: (10) in delicto consummando licere, quod in consummato non liceat. Ita licitam esse maledictionem locustarum ad evitanda futura mala. (11) Etiam animalia irrationalia puniri & igne comburi posse. *Levit. 20. v. 15.* (12) Avibus aliisve animalibus fructus terræ destruentibus insidias licitè parari. nullas verò esse meliores insidias, quam anathematizationem. (13) Si tales excommunicationes intermitterentur, hæsitaturos esse rusticos in fide, cum hactenus id viderint esse factum. (14) Anathematizationem illam fieri in nomine Domini, adeoq; in virtute fidei. (15) Incantationes, quæ aliàs sint prohibitæ, fructuum conservandorū causâ esse licitas. *l. artem. 2. junct. l. eorum. 4. C. de malefic.* multo magis ergò licitam esse Excommunicationem, quæ nunquam sit prohibita. (16) Non deesse exempla, ubi maledictum sit creaturis irrationalibus, ut ficui, *Matth. 21. Marc. 11.* serpenti, *Gen. 3.* Babyloni, *Jerem. 1. & seq.* terræ, *Genes. 3* diei natali & nocti conceptionis, *Job. 3. Hierem. 20.* Sodomæ & Gomorræ,

morræ, *Genes.19.* montibus Gilboa, 2. *Reg.1.* Civitati Jericho, & omnibus animantibus & bonis in eâ repertis, *Jos. 6. vers.17. 18.19.26. junct.3. Reg.16.* Serpentem ideò timere vocem incantantis. *Psalm.57. Eccles.12.* (17) Universitatem posse excommunicari ob delictum magnum, aut si omnes delinquant. (18) Maledici non posse animalibus secundum se, posse tamen in ordine ad hominem, propter quem facti sint.

Hæ † sunt illæ rationes, quibus de miseris locustis triumfat Belluæ Patronus. tales videlicet, quæ, cum singulæ ex meris cavillis sint consarcinatæ omnes vix mereantur responsionem. quædam etiam (ut prima, septima, X. XVI. XVII. XVIII.) argumenta saltem posteriora impugnent pro negativâ ab ipso Chasseneo adducta, quibus quidem ad negativam seriò defendendam non indigemus, prioribus illis ex ipsâ excommunicationis naturâ & substantiâ petitis satis muniti. Quis † nescit, ab ipsis Pontificiis definiri excommunicationem, quòd sit censura, quâ quis separatur ab Ecclesiastica fideliũ communione? *Zas. n.29. X. de sent. excom. mun.* vel quod sit Christiani hominis à corpore Ecclesiæ, vel saltem à perceptione Sacramentorum ejus exclusio. *Canis. in summa Jur. Canon. lib. 3. tit. 23. §. 2.* Bann † schadet der Seel unn nimbt doch niemand den Leib/ noch krencket niemand an Landrecht/ noch an Lehnrecht/ da folge dann des Königs acht nach. *Landr. lib. 3. art. 63. & Weichb. art. 5.* Applicet hæc mihi quisquam ad Locustas. Abusus ille, inquit Leonardus Vairus *in tractat. de fascino lib. 2. c. 11. p. 159.* vituperandus videtur, qui in nonnullis partibus inolevit, ubi si quando locustas & alia perniciosa animalia è campis expellere volunt, aliquem Adjuratorem in Judicem eligunt, coram quo duo procuratores constituuntur ex Populi parte unus, ex brutorum animalium alter. Populi procurator contra locustas vel similia animalia justitiam petit ad ea exigenda. cui ex adverso respondet, alter non esse abigenda. tandem servatis

53.

54.

55.

 servan-

servandis, nisi intra certum tempus abeant, contra locustas excommunicationis sententia fertur. Qui quidem modus superstitione refertus est: tùm quia lis contra animalia ratione carentia agitari non potest, & cum ex terræ putredine genita sint, culpâ carent: tùm etiam in blasphemiæ peccatũ inciditur, dum Ecclesiæ excommunicationi illuditur. Perinde etenim est, bruta excommunicationi velle subjicere, ac si quis canem aut lapidem baptizaret. Hæc Vairus, ipse Pontificius, Ordinis S. Benedicti Canonicus Regularis, & Theologiæ Doctor.

56. Utrum † Ecclesia secundum primam rationem maledicere possit creaturis, disputent Theologi. Potestatem eam Ecclesiæ a Deo tanquam ordinariam concessam fuisse nuspiam vidi. Exempla in ratione XVI. ex sacris allata non sunt uniusmodi: de Deo quidem omnipotentiam ejus prædicant, in hominibus dolorem quædam arguunt & impatientiam, sacris ideò literis consignatam, ut imbecillitatem humanam in Viris etiam sanctissimis agnoscamus: quædam ad consecrationem & devotionem pertinent, *confer. Levit. 27. vers. 28, 29.* Nonnullæ ibi maledictiones sunt propheticæ; nonnullæ miraculosæ & ex Heroico Spiritu profectæ. nullæ ad ridiculum

57. aliquem processum Juris decandatæ. Miraculorum † autem dona nemo temerè sibi arrogare debet, sed expectare singularem Dei instinctum aut vocationem. *Frideric. Balduin.*

58. *de cas. consc. lib 3. c. 3. cas. 10. p. m. 641.* Multò minus † faciendum est malum, ut inde eveniat bonum, regulâ de eligendo ex duobus malis malo minimo huc parum faciente. Neque

59. plus virium cæteris inest rationibus. Secunda, † IV. VI. VIII. & XI. tantùm hoc concludunt, perdi posse ista animalia, modum perdendi non definiunt, aut si quem intendunt, naturalem eum, non superstitiosum intendunt. Non, quidquid perdi potest, potest etiam excommunicari. Idoneum & capax requiritur subjectum; quod aliàs non recipit ad modum

impri-

imprimentis,sed ad modũ receptivitatis suæ. Vt † lepidã admodùm sit sequela rationis duodecimæ ab aucupio ad excommunicationem,abusum etiã hujus muneris nimiũ quantum prodens,quasi excommunicandi potestas data sit Ecclesiæ ob temporalia,ad profligãdas fortè locustas,aut ad capiendos mures. 60.
Quod † ad superioritatẽ attinet,quam homo habet in animalia bruta,quamve tertia ratio urget,ea Jurisdictionis non est, (cum Jurisdictionis iterum objectum esse nõ possit, nisi quod sit persona) sed dominationis,&quidem post lapsum restrictæ valde & imminutæ. 61.
Profanum † autem est, ne quid gravius dicam, quod in quintâ ratione objicitur, ab Episcopo impetrari posse, quod justissimus Deus ob justissimas causas (quî enim nolle posset aliàs?) concedere non vult. Ita nempe Minister Domino constituitur superior, & vel invito eo dispensat, quod tamen Dominus dispensationi suæ reservavit non commisit arbitrio suorum servulorum. Ut jam nihil dicam de crudo illo intellectu Scripturæ Propheticæ, quam iterum explicabunt Theologi. 62.
Exempla,† quibus innititur nona ratio, superstitiosa partim sunt & temeraria, partim fabulosa & fallacia, neque movere potuerunt alios populos, utut Pontificiæ Religioni addictos, ut Gerras istas Siculas imitarentur, aut sequerentur tàm frivolam praxin. Julius Clarus, Patritius Alexandrinus, & in Provinciâ Mediolanensi Consiliarius supremus ac regens in suâ Provinciâ negat, se id unquam vidisse practicari. *lib. 5. §. fin. q. 99. n. 8.* Quodsi quid sum motâ superstitione precibus ex verâ fiduciâ factis effectum aliquando est, id meritò exemplum suspicimus, non negantes, Clementissimum Deum ardenti oratione ad avertenda vel propellenda mala facilè flecti. 63.
Alias † ubi preces quasi actionum formulæ recitantur, satius multò fuerit, superstitionem hominum animis eximendo scandalum tollere de populo, quam, quod oggannit decima tertia ratio, Rusticorum in 64.

fide hæsitationem timere. Miseram fidem & caducam nimis, quæ non nisi erroribus & fabulis fovenda! quasi perinde sit, sive quis ædificium imponat arenæ, sive petræ. *quam similitudinem, licet in diverso casu, habet Salvator Matth. 7. v. 24. & seqq.*

65. Non † quidquid fit in nomine Domini, ex sincerà fide proficiscitur, ut præsupponit ratio XIV. Abusus est Nominis divini, ubi sanctissimum Nomen adjicitur actui vitioso. Neque purgatur per hanc adjectionem actûs vitium, sed in novum illud potiùs incidit profanati Nominis divini crimen. *v. Joh. Georg. Gödelmann. de Magis lib. 1. c. 6. n. 14. & cap. 8. n. 43.* Exemplum est, quod ipsum refert ratio XV. in præstigiis & incantationibus, tàm similibus excommunicationi locustarum, quàm o-

66. vum est ovo. Esto † verò, Constantinum, nondum usquequaq; orthodoxum, permisisse exercitium artis Magicæ frugum conservandarum causa in l. eorum. 4. C. de malefic. idem approbâsse Imperatores sequentes, dum dictam Legem Codicibus suis inseri fecerint. Attamen Bartolus *ad d. l. 4.* eam Constitutionem negat procedere in foro conscientiæ; imò nec in civili foro eandem attendi amplius testantur novissimè JCti saniores. *v. Dn. Carpzov. in prax. crimin. par. 1. q. 50. n. 51. 52. 53.*

CAP. XXVIII.

DE POENA EJUS, QUI ANIMAL NOCENS CONCITAVIT.

1. Pœna animal concitantis, si aliud animal fuerit læsum.
2. 3. An de damno per dolum dati agi possit criminaliter?
4. 5. 6. 7. Pœna concitantis, si persona fuerit læsa.

1. PErsonis † ipsis pœna irrogatur ob culpam vel circa pauperiem, vel circa pastum commissam. Circa pauperiem culpa (sub quâ etiam dolum

lum comprehensum volumus) vel est propinqua facto, vel remota. Propinqua est in eo, qui animal concitavit. Ubi primò considerandum est patiens, ut, si in aliud animal vel rem inanimatam damnum datum fuerit, sufficiat pœna civilis ex L. Aquilia, nec ad criminalem descendatur. nisi † placu- 2.
erit sententia Bachovii, *ad* §. *liberum autem J. de L. Aquil.* de quovis damno per dolum dato agi posse criminaliter ad pœnam extraordinariam. *arg. l. fin. C. de furt. l. fin. D. de privat. del.* à quo † dissentit Bartholomæus Bertazzolius, *lib. 1. consil. 116.* 3.
pr. & n. 1. 12. 14. & consil. 117. pr. & Claudius Bertazzolius, *in addit. ad d. consil. 116. lit. a.* qui de damno, quod non incidit in aliam speciem delicti, non posse criminaliter agi statuit, citat tamen Amanel. de Clar. Aquis, pro occisione animalis, si dolus intervenerit, criminaliter agi posse asserentem. Ipse Claudius *seq. lit. b.* excommunicatione vult plecti, qui equum, cui Clericus insidet, occidit; sed in Clerici injuriam, ut hic occisio non maneat in terminis damni dati. Pro Bachovio allegari possunt Leges Georgicæ Justiniani, *tit. 6.* §. *9.* ubi in terminis, qui canem valentem in imbecilliorem canem compascuum concitaverit, huncque fecerit lædi, duodecim flagrorum ictibus cædi jubetur. Hodie etiam, licet super delictis levibus non formetur processus, si tamen vel facti evidentiâ vel confessione delinquentis sint notoria, malitia non relinquitur impunita, sed peccator carcere, mulcta, objurgatione & reprehensione judiciali, vel quo alio modo, prout visum fuerit Judici, coërcetur. Si † verò persona hominis fuerit læsa, sine du- 4.
bio actio criminalis habebit locum, atque irrogabitur pœna concitanti, habitâ ratione ipsius læsionis, (ut gravius puniatur cædes, quàm vulneratio) & animi, quem habuit concitator. Si † enim animo occidendi facta fuerit concitatio; quin ordi- 5.
naria Legis Corneliæ pœna decerni debeat, caussæ nihil est: *arg. l. ejusdem legis 3. §. item is cujus. 4. l. nihil interest. 15. pr. D. ad*

L. Cornel. de sicar. Guilielmus Velvod. in parallel. Juris Jude. & Rom. tit.18. p.22. cum etiam improbior & sævior videatur esse homicida, qui hominis corpus fœdè facit lacerari à bestiâ aut
6. conculcari, quàm qui vitam ei eripit telo. Sin † per lasciviam, arbitraria erit pœna, ad minus relegationis: *arg. l. lege Cor-*
7. *nelia. 4. §. cum quidam* 1. *D. ad L. Cornel. de sicar.* nisi † eam singulares circumstantiæ mitigent, ut ætas delinquentis. quam attendisse videntur JCti Helmstadienses, tribus pueris, qui bovem irritaverant ita, ut efferatus ille interfecerit mulierem, octiduanum saltem carcerem dictantes. *referente Dn. Han. ad Wesenbec, n. 4. D, si quadr. pauper,*

CAP. XXIX.

DE POENA EJUS, QUI ANIMAL NOXIUM HABUIT.

1. Dominum animalis nocentis esse causam, moralem insequentis homicidij.
2. Eundem fieri irregularem.
3. Quomodo puniatur ex Lege Mosaica?
4. Quomodo ex Ordinatione Carolinâ?
5. An liberetur noxam dedendo?
6. Aut præstando Vehrgeldum?
7. Quid si animalis ferocia ante noxiam non apparuit?
8. Singularis bestia habitio pœnam legis incurrens.
9. 10. 11. Circulatores qui, & unde dicantur?
12. 13. 14. & seqq. An ob damnum metu Serpentum datum teneantur?
15. Actionem criminalem competere posse, ubi denegetur civilis.
16. 17. Metus serpentum an vanus dicendus?
18. 19, 20, 21. Casus L fin. D. de extraord. crimin.
22. Pœnam Legis etiam pertinere ad casum damni à Serpentibus dati;
23. Etiam ad Joculatores & alios Circumforaneos,
24. Actionem ex ea Lege esse criminalem.
25. Argumentum à rubro ad nigrum,

26. 27. *Que-*

26. 27. Quomodo prædicta actio concurrat cum Ædilitiâ & Aquilianâ?
28. Quando concurrat cum Ædilitiâ?
29. Bestiæ ad Comitatum Principis missæ quamdiu detineri possint?
30. Quid per Comitatum Principis intelligatur?
31. 32. An mulcta sit pœna criminalis?
33. Bestiarum pugna an licita?

Remotior † culpa est in Domino animal noxium negligenter habente, propter quam tamen homicidii insequentis causa moralis non malè dicitur, *v. Dn. Slevogt. in disput. nuper editâ de caus. moral.* §. 56. atque † secundum Jus Canonicum fit irregularis. *Covarruv. in relect. Clem. si furiosus de homicid. par. 2. §. 4. n. 11.* 1. 2.

In † eum ita animadvertit Lex Mosaica, *Exod. 21. vers. 29. & seqq.* ut, si monitus de vitio animalis id non recluserit, occiso homine libero ipsum itidem jubeat occidi, aut cõverti supplicium in mulctam; (quæ tamen conversio locum non habebat, ubi dolus aliquis intervenerat. *Joach. Stephani de Jurisdict. lib. 1. c. 10. n. 157.*) Servo autem occiso aut ancillâ nulla in Dominum animalis constituta erat pœna criminalis, sed triginta siclos argenti domino occisi dare condemnabatur. Ex † Constitutione Carolinâ *art. 136.* pœna est arbitraria: Hat einer ein Thier/ das sich dermassen erzeigt/ oder sonst der art und eigenschafft ist/ dardurch zu besorgen/ das es den Leuten an Leib und Leben schaden thuen möchte/ soll der Herr desselben Thiers solch Thier von ihm thuen/ dann wo solch Thier iemand schaden thet/ oder entleibt/ soll der Herr des Thiers nach gelegenheit und gestalt der sachen/ und Rath der Rechtsverstendigen/ oder an enden/ alß hernach vermeldet/ gestrafft werden/ und so viel destomehr/ so er zuvor von dem Richter oder anderer Obrigkeit des zuvor vermahnet oder gewarnet würde. Loquitur † tàm de feris bestiis, quàm 3. 4. 5.

de

Quicunque vero illi sint circulatores, si cui ob metum Serpentum, quos circumferunt, damnum datum fuerit, in eos pro modo admissi actio dabitur. *l. fin. D. de extraord. crim. quæ iisdem ferè verbis habetur in Basilicis lib. 60. tit. 21. §. fin.* 12.
Inquies: † at ille metus vanus est, cum Serpentes Circulatorum detracto veneno sint innoxii. vani autem timoris nulla est excusatio, *l. vani timoris 184. de R. J.* nulla æstimatio. *l. si quis ab alio. 13. D. de rejudic.* actionem is non parit. *l. metum autem 6. & l. seq. pr. D. quod met. caus.* nec attenduntur in Jure nostro minæ lusoriæ, *l. hæc autem 4. pr. D. si cui plus quam per L. Fal. cid.* aut supervacuus timor, *l. hoc edicto in. 2. §. 1. D. ex quib. caus. maj.* nisi quòd hic inter vitia computetur. *l. 1. §. fin. D. de Ædil. Edict.* Respondet † Forcatulus, attendendum hoc in casu esse initium, quod in circulatore est, vitiosum, maleficium puta, & cantus magicus. In quâ responsione iterum præsupponit, quod à Circulatoribus potest abesse. Tutior est responsio regulas de actionibus civilibus loquentes extendi non debere ad criminales, ubi læsi imbecillitas lædentem non excusat. Horror † etiam est, non simplex metus, quo plerique homines conspecto serpente percutiuntur, ex connato & velut divinitus inmisso odio. Neque † vanus est, i. e. ex insufficiente causa ortus ubi timetur species terribilis, cui nihil periculi subesse conterritus certò scire non potest, utut habitâ eventus ratione vanus dicatur, sicubi nocere ea res non possit. 13. 14. 15. 16. 17.

Nota; † Casus dictæ Legis finalis D. de extraord. crim. non est in damno per contactum (morsu vel ictu) illato, sed de eo saltem quod per metum; *D. n. Han. ad Wes. embec. si quad. r. pa. p. n. 6.* seu de eo, cujus causa animal est in ordine causarum moralium, non physicarum. Exemplum † fingit Accursius *in glo. ad d. l. fin.* Quidam portant serpentes sive bi[...]cas, & faciunt timorem aliquibus, qui ducti timore fugiunt, & sua dimit- 18. 19.

tunt, quæ ibi habebant, & alii veniunt, qui ea furantur. Quâ
ratione Lex nostra verè esset de iis. quæ ἐκ παραλόγου alicubi di-
20. cit Pomponius. Mihi † videtur, damnum ibi strictè accipi pro
læsione vel corruptione corporis, *v. supra. c. 2. n. 15.* [illegible]
exemplum Accursianum prorsus esse alienum: quamvis non
negem, actionem furti tum competere, aut in factum, *secun-*
dum distinctionē §. interdum. 11. vers. in quo numero J. de oblig. quæ
21 *ex del.* Rectius † Forcatulus *Necyomant. dialog. 88. n. 4.* exem-
plum ponit in muliere ob conspectum serpentis abortum
faciente, vel si aliud tale damnum acciderit; puto si subita con-
sternatione prehensum morbus ex eorum genere, qui subito
consternatos, solent, corripuerit, si in fugam conjectus ferarum
præceps, vel aliter lædatur.

22. Etsi † verò lex in tale damnum, ut diximus, est conce-
pta, non malè tamen ad alia damna per contactum data exten-
ditur, ne melioris sit conditionis, qui nocens animal, quam is
23, qui innoxium circumfert. Imò † ulterius ad Joculatores eti-
am & Circumforaneos quosvis (qui & ipsi Circulatorum no-
mine nonnunquam veniunt) ampliatur, si feræ, quas secum
ducunt, nocuerint. *Dn. Struv. ad Pand. exerc. 12. th. 2.* [illegible]
Johan. Franc. Ripam de peste c. 4. n. 90. ubi etiam notat, [illegible]
joculatores, secum ducentes fera animalia ligata arceri posse ab in-
gressu Civitatis.

24. Actio † ex lege proveniens est criminalis, sive [illegible]
& quidem extraordinaria, *Gloss. ad d. l. fin. verb. actio* [illegible]
pro modo admissi arbitrariam pœnam complectens *d. l. fin.*
Menoch. de arbitrar. Judic. quæst. lib. 2. cas. 366. Sub eo enim
titulo (criminum extraordinariorum) locatam eam invені-
mus in Digestis tum Justinianeis, tum Basilicis Constantini
25. Porphyrogenetæ. Ex † verbis autem rubricæ bene potest ex-
plicari nigrum. *Bartol. ad l. 1. n. 3. Decius n.* [illegible] *D. de* [illegible]
& ad nigrum bonum est argumentum ex rubricâ, *Gloss.* [illegible]

[illegible]

verb. vir uxori. C. ne fidejuss. vel mandat. dot. late Nicolaus Everbardus in loc. argumentor. legal. tit. locus à rubro n. 1. & 6. p. m. 608. 611.

Quia † ergò actiones civiles & criminales concurrunt 26.
cumulativè, i. e. ita, ut unâ intentatâ altera non pereat, *l. un. C. quando civil. act. crimin.* accusatio ista extraordinaria cum actione Æditiliâ (modò excipias popularem, cum quâ criminalis simultaneè non concurrit *v. atscu s. meum Jurid. de fi.. bus poss. t. 9. n. 25.*) aut Aquiliana hoc modo concurret; etiam de Jure Saxonico, ut † ab hâc accusatione non liberetur Reus præ 27.
stando Wehrgeldum. *v. supr. n. 6. Dissentit Koppen. lib. 2. obs. 78. num. 12.* Cum † Æditiliâ tamen non semper concurrit, cum 28.
hæc locum non habeat, ubi saltem per metum damnum datum est; *l n. Ludwel. ad Inst. disp 16. th. 9. lit. K. Treutl. volum. 2. disp. 2. th. 4. lit. c.* imò ne tum quidem, cum fera bestia in spectaculum producta damnum spectatoribus dedit: sed ita demum, si animal ferox in viâ publicâ, vel juxta eam habitum nocuerit. *l. quæ vulgò 42. D. de Ædil. Edict. §. fin. J. si quadr. paup.* quomodo forte intelligendus est *Kopp. in d. obs. 78. n. 12. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 2. th. 4. lit. c. verb. sed dubitari potest. p. 74. Confer. Meier. Colleg. argent. tit. de Ædil. Edict. 5, 6.*

Altera † species habitationis bestiæ singulariter prohi- 29.
bitæ est in l. un. C. de venat. ferar. lib. 1. ubi, si bestiæ, quæ ad Comitatum (Principis scil. *Luc. de Pennâ ad d. l. un. p. 1. n. 8. col. 4.*
Comitatus † enim strictiùs de aulâ Imperatoris dicebatur *Alciatus ad l. 239. n. 50. de V. S.*) mittuntur (venationum fortè & 30.
pugnarum ludicrarum causâ *confer. Luc. de Penna d. l. & Cujac. ad eandem L. un. p. m. 351.*) ultra septimum diem in civitate, per quam transeunt, habeantur, earum detentores condemnantur ad quinas auri libras fisco inferendas. Enimvero † mul- 31.
ctam inter pœnas criminales referimus. *l. publicorum. 2 § fin. D. de publ. Judic.* Quodcunq; Judicium publicum interesse per-

perſequitur, ſive pœnam, non actori, ſed fiſco applicandam,
32. vel aliter publicè luendam, id criminale eſt. quidquid ſentiant vulgò, hodiernis moribus eam demum actionem criminalem contendentes, quâ agatur ad pœnam corpori cum dolore infligendam. *Quamoptionem aliquando litiis examinavi in tract. de Exercit. & extinct. act. injur. poſit. 6. num. 10.11.14.11.*
33. Mentionem † feci pugnæ ludicræ. ubi tamen notanda eſt diſtinctio inter beſtias cum hominibus, & inter ſe commiſſas. Inter ſe commiſſarum beſtiarum certamina etiamnum licita habentur, & in Aulis cumprimis inſtitui ſolent. Pugnas autem earum cum hominibus in otio civili & domeſticâ quiete eâdem hodiè ratione averſamur, quâ olim Conſtantinus Imp. cruenta gladiatorum ſpectacula. *l. un. C. de gladiator. penitus toll.* Tempore Pii V. Pontificis frequentes adhuc erant, de quo dictus Pontifex conqueritur. *c. un. de tauror. & alior. animal. agitat. in ſexto.* hominum inde mortes ſequi, & membrorum mutilationes, & animarum pericula: ſub anathematis, & feudi ab Eccleſiâ Romanâ conceſſi privationis pœnâ prohibens, ne Principes, Comites, etc. in ſuis Provinciis eas ulterius fieri permittant; Clericos item, qui talibus ſpectaculis dæmonum potiùs quàm hominum interfuerint excommunicationi ſubjiciens; Militibus verò & aliis privatis ſub pœnâ privationis ſepulturæ eccleſiaſticæ interdicens, nec cum feris ſive equeſtres ſive pedeſtres congrediantur. v. d. c. un.

CAP. XXX.
DE POENA PASTUS.

1. Pœna militum paſcua devaſtantium.
2 pœna Magiſtri militum.
3. Quid ſi miles ſit pauper, ut pœnam ſolvere non poſſit?
4 Quid ſi ob defectum victûs animalia immiſerit?
5 An cum ſolidum teneatur ad emendationem damni?
6. 8. An diſpoſitio L. 2. C. de paſc. publ. ſit localis?

7. De

7. *De pascuis Apamaniis.*
9. *An statutum fieri possit de pœnâ pro singulis animalibus solvendâ?*
10. & *seqq. an quivis Nobilis possit facere statutum?*
11. 12. *An quivis Jurisdictionem habens?*
13. *De legibus municipalibus.*
14. *Consuetudo an valeat citra superioris confirmationem?*
15. *Statuta specialia à Principe posse ignorari.*
16. *Jus condendi statuta in Episcopo esse diœcesanum.*
17. *Comparatio Juris diœcesani cum superioritate territoriali.*
18. *Magistratum non esse sine Jurisdictione.*
19. *An forum sit in dominio Magistratus?*
20. 21. *Quomodo Magistratus disponere possit circa res universitatis?*
22. *Statuta villarum non obligare extraneum.*
23. *Non posse derogare Juri communi.*
24. *Rusticis hodie non competere potestatem statuendi.*
25. *Explicatio Edicti, si quis jus dicenti non obtemperaverit.*
26. *Pœna immittentium animalia in saltûs dominicos.*
27. *An ea pœna pro noxâ sit?*
28. *Pœna commissi.*
29. & *seqq. Pœna Officialis conniventis.*
30. *Pœna sacrilegii.*
31. *Pœnas non definitas esse arbitrarias.*
32. *Quomodo sacrilegium committat, qui dignitatem à Principe collatam impugnat?*
33. *Saltus Dominicos non spectare ad Maiestatem Imperatoris.*
34. *Res fiscales non pertinere ad Jura Majestatis.*
35. *Sacrilegium in illis rebus non committi.*
36. *Pœna depascentium sylvas immaturas.*
37. *Pœna depascentis custodiam Regiam, aut noctu depascentis segetes.*
38. *Pastus nocturnus sceleratior diurno.*
39. 41. *An depascens teneatur etiam pœna furti.*
40. *Quomodo furti quis obligetur ex ope prestitâ.*
42. *Casus pœnales non admittere extensionem.*

1. DEnique † in eum, qui pecora in alienum immisit, actio interdum datur criminalis, ad pœnam vel corpori infligendam, ut ex legibus Georgicis Justiniani, *tit. 5. §. 1. & 2. ubi, qui pecore immisso in agris vicinorum nondum demessis aut vineis nondum vindemiatis damnum dedit, triginta flagrorum ictibus cædi jubetur.* vel [illegible]næ. Ita milites, si pascua aut prata, sive publica, sive privatorum, mutilaverint aut devastaverint, (pecora sua immittendo) duodecim auri libras fisci commodis pœnæ loco exsolvere
2. coguntur. *l. insignis 2. C. de pasc. publ. lib. 11.* Eandem † pœnam patitur Magister Militum, qui, cùm posset, non prohibuit. *d. l.*
3. *2. ubi Luc. de Penna.* Quodsi † milites non habuerint, unde solvant, detrahi mulcta debet ex eorum emolumentis. *d. l. 2.* i. e. ex eorum stipendiis. emolumentum enim in jure nostro nonnunquam pro stipendio ponitur. *nov. 17. c. 4. § fin.*

4. Intellige † tamen prædicta procedere, si fœnum militibus justis capitibus præstitum, *l. provincialium. 8. C. de erog. milit. annon. lib. 12.* atque pastui animalium militarium ipsis fuerit provisum, *d. l. 2. C. de pasc. pub.* ut necesse non habuerint extendere manus ad bona incolarum. Aliàs, si provisum ipsis non fuerit, jejunus exercitus non poterit servare disciplinam. & ideò milites in pascua provincialium pecora sua im-
5. mittentes in pœnam hujus Legis non incidunt, quamvis teneantur adhuc ad simplicem damni emendationem, quod inferunt delectabiliter, ut hostes. *quemadmodum loquitur Luc. de Pennâ ad d. l. 2. quem ibi vide pr. & n. 7.*

6. Sed † annon ista Constitutio est localis, pertinens tantum ad prata Apamæna & Antiochena? Antiochena tantum prata omnes Lectiones exprimunt. Circa publica pascua va-
7. riant. Vulgaris † lectio ita habet: à publicis pratis AC AMOENIS pascuis. Unde etiam colligit Lucas de Penna Constitutionem istam locum non habere in saltibus infructuosis,

Cala-

Cujacius autem *lib. 1. Obs. 19.* mavult legi APAMÆNIS. celebrari enim ista pascua Apamæna à Strabone, & esse in Syriâ, cujus Metropolis Antiochia fuerit. Esse etiam aliquam Apamæam Bithyniæ, *de quâ in l. 1. §. est & 10. de censibus. & l. fin. C. de divers. præd.* Sed eam non esse hujus loci. Quidquid † sit, 8. talia Edicta & Constitutiones Codici ideo sunt inserta, ut, si rationem habuerint generalem, facerent jus universale. *Const. hæc quæ. §. quibus specialiter, 2. vers. sicut & illas. de nov. Cod. fac. & Const. summa reipublicæ. §. hunc igitur 3. vers. cum omnes. de Justin. Cod. confirm.*

Opportunè † hic quæritur: an Dominus alicujus Territorii Statutum condere possit, ut, si qua animalia inventa fuerint in ejus Territorio pascua sumentia, dominus eorum pro quovis animali solvat Augustalem unum? Quam quæstionem latè tractat Lucas de Pennâ, *ad d. l. 2.* & tandem non malè concludit affirmativam, modò Statutum restringatur ad casum pecoris immissi, nec extendatur ad casum pecoris sine culpa domini agrum sive territorium invadentis. Exemplum est in Consvetudinibus Aurelianensibus, *tit. 5. c. 10.* ubi, si territæ sint pecudes fugatæve, aut luporum incursu dispalatæ sine Pastoris negligentiâ, nulla pœna est, & in consvetudinibus Arverniæ *tit. 28. art. 1.* ubi dominus animalium in alienâ justitiâ deprehensorum 60. solidos solvere tenetur domino Justitiario, nisi bestiæ ita repertæ fuerint casu fortuito depascentes. *ubi Aymo Publitius, n. 7. v. plura de ejusmodi statutis apud P. Jacob. Aurel. pract. tit. 149. n. 26. 27. 28.* Quod † autem talia Statuta 10. â quovis Nobili Jurisdictionem habente fieri posse existimant nonnulli, album non videtur calculum mereri. Potestas Statuta faciendi est species potestatis Legislatoriæ, quam suo jure exercere non potest nisi qui Majestatis est particeps.

Non † pertinet multùm ea res ad præsentem tractatum: 11. Quia tamen frequens est hæc controversia, videamus, quid dissen-

dissentientes pro sua opinione afferant, aut afferre possint. Dicunt, (1) unumquemque, qui habet jurisdictionem, liberè posse condere Satuta. *Panormitan. ad c. quæ in Ecclesiarum n.6.7.X.de constit.* ita, ut nequidem indigeat Superioris confirmatione. *Bartol. ad l. omnes populi. 9. n. 4. 5. D. de just. & jure. Coler. de proc. execut. par.1.c.3.n.12.* (nisi Superior ille sit præsens. *Bald. ad l. humanum 8. n. 2. C. de legibus, & ibi And. Barb.*) Exemplum esse in Civitate Antiochensium Cœlesyrià. *l. Antiochensium. 37. D. de reb. auth. Jud. poss.* (*al. l. 21. de privileg. credit.*) & Legis Municipalis mentionem fieri in l. lege autem. 3. & l. fin. D. de decret. ab ord. fac. *adde l. Lucius Titius. 21. §. fin. ibi nullam propriam legem. D. ad municipal.* Quemvis enim Populum posse proprium jus sibi facere; *l. omnes populi. 9. de Just. & Jure. §. jus autem civile, 1. vers. nam quod quisque J. de jure nat. gent.* posse vel solis moribus & usu diuturno jus introducere: *l. de quibus 32. de legibus l. venditor. 13. §. 1. D. commun. præd.* multò magis ergò expresso consensu sive placitò. cum à pari procedant statuere & consvetudinem introducere. *Aymo Publit. in consvet. Arvern. tit. 28. artic. 2. n. 3.* Posse utrumque (statutum & consuetudinem) ignorante Domino, qui Superioritatem habet, introduci. *arg. c. 1. ibi: potest probabiliter ignorare X. de constit. in 6.* E. & sine ejus consensu vel confirmatione. Episcopos etiam hâc potestate pollere. *c. quanto 5. X. de his quæ fiunt à Præl.* (2) Imò Magistratum, qui nullam habet Jurisdictionem, posse nonnunquam aliquam facere dispositionem. *v. Mod. stin. Pistor. par. 4. q. 134.* (3) Sculteturn cum Paganis posse facere Statutum. *Landr. lib. 2. art. 55. ubi vide omnes Glossas.* (4) Cuivis Magistratui licere Jurisdictionem pœnali judicio defendere. *l. un. §. 1. D. si quis jus dic. non obtemp.* Respondemus † verò, (1) salva authoritate citatorum Doctorum nos non
12. admittere prædictam hypothesin, de potestate condendi statuta cuivis Jurisdictionem habenti concedenda. Confunderetur

retur ita Jurisdictio Magistratuum (quæ in specie dicitur Jurisdictio) cum Jurisdictione Majestaticâ, superiorem non recognoscente. Hanc qui habet, juris condendi potestatem habet. Illa cui competit, is Juris tantùm est minister, Legem latam applicans, non ferens. Inutiliter leges ferendi potestas esset penes Majestatem, aut dependeret tamen ab arbitrio inferiorum, si quivis Magistratus ipsi sibi fingere statuta posset, atque leges refigere. In † Municipiis Populum jus legis ferendæ habuisse putat Johannes Rosinus. *antiquit. lib. 10. c. 24. p. m. 1610.* Esto! habuêre tamen id ex communicatione aut concessione singulari, (utut absurda nonnullis Politicis hæc videatur sententia) non vi Jurisdictionis, quæ nequidem penes Populum erat. Textus Legum Municipalium facientes mentionem non necessariò de Legibus à Municipio conditis intelliguntur, sed ad leges à Superiore circa Municipium & ejus statum latas bene possunt referri. *confer. gloss. ad l. 21. verb. Antiochensium. & verb. de lege. D. de privil. credit. & ad l. 21. §. fin. verb. legem. D. ad municipalem. ubi de privilegio id explicatur.* Non semper enim Lex ab authore denominatur, sed interdum etiam ab objecto. Neque si ab authore ibi denominaretur, confirmatio Superioris inde excluderetur. Loquuntur textus allegati de legibus Municipalibus jam in esse suo constitutis, adeoque tacitè præsupponunt ea omnia, per quæ inesse constituuntur. 13.

Quod † de consvetudine affertur, nihil est. Nisi status fuerit popularis, adeoque Majestas penes ipsum populum resederit, *ut d. l. 32. de legibus.* nulla valebit consuetudo citra superioris cònfirmationem aut consensum. *arg. l. fin. vers. in illis verò. C. de testam.* Qui tamen sufficit, si sit tacitus, & ex longinquitate temporis præsumtus, præsumptione fortissimâ, nec admittente in contrarium allegationem alicujus ignorantiæ. 14.

In textu l. 13. §. 1. D. comm. præd. consvetudo per similitudinem ponitur pro usu diuturno sive præscriptione, facultatem in re alienâ, seu jus servitutis populo ut privato tribuente. *Similis est acceptio in c. querelam 24. vers. prædictus. X. de el. & el.* Aliter Zasius *ad l. de quibus. n. 27. de legibus.* apud communitates ait usum esse quendam & adsuetudinem per actuum quorundam frequentiam, *ut d. l. 13.* qui tamen non faciant consuetudinem, sed privatim eos ligent alterum ad alterum. *confer infr. n. 22. & seqq.*

15. Statuta † locorum specialia à Principe possunt ignorari. *arg. c. 1. X. de const. in 6.* maximè si confirmata fuerint ab Antecessore, cujus factum juste ignoratur; *l. qui in alterius 42. de R. J.* aut si à Successore etiam, sed prioribus annis, fuerint confirmata: cum in facto antiquo, licet proprio, ignorantia sit tolerabilis. *Gail. lib. 2. obs. 48. n. 20.* Et verò ea in Aulis multitudo est Rescriptorum, Decretorum, Confirmationum, aliorumque sexcentorum tam in privatis quam publicis caussis expediendorum negotiorum, ut quid in quoque fuerit à Principe statutum, impossibile sit eum recordari. *v. Bartol. ad l. quod jussit. 14. n. 21. D. de re judic. qui ita Judices etiam inferiores excusat. Zas. lib. 2. consil. 10. n. 28.* Humana fragilitas, ut verba Imperatoris *ex l. hâc consultissima. 8. C. qui test. fac. poss.* paucis immutatis mea faciam, gravissimis præcipuè curis perturbata, minus memoria potest res plures consequi. Omnium habere memoriam divinitatis magis est, quam mortalitatis. *Const. Tanta. 8. §. si quid autem 14. de confirmat. Dig.* Ut falsum prorsus sit, quidquid hodiè ignorat Princeps, id ignorante etiam eo esse factum. Et ut ignorare non possit, confirmationem Statutorum hujus vel illius loci à se ipso factam; singula tamen eorum capita, & placitorum singulos paragraphos, dum leges universales condit, meminisse non potest. quæ planissima mens est Pontificis in d. c. 1.

Potestas

Poteſtas † condendi Statuta Epiſcopo competens non ex 16.
Lege Jurisdictionis (ut loquuntur) promanat, ſed ex lege Diœ-
ceſanâ. Jus † diœceſanum in Eccleſiaſticis æquipollet Supe- 17.
rioritati in Secularibus territoriali. Quod enim territorium
eſt Laicis, id Epiſcopis, quà talibus, eſt diœceſis. (2) Magiſtra-
tus, † qui nullam habet Jurisdictionem, neque magiſtratus 18.
propriè dici poteſt. *v. Sutholt. de Jurisdict.* §. 201. *& ſeqq.* Sed
de eo lis non eſt. Putat † Modeſtinus Piſtor, Magiſtratum 19.
talem in foro habere dominium, atque jure hujus dominii
poſſe eum aliquid circa forum resque ibi venales diſponere,
licet Jurisdictionem non habeat. Quæ omnia difficillima
mihi videntur. Res publicis uſibus deſtinatæ, licet dicantur
eſſe Univerſitatis, *l. 1. D. de diviſ. rer.* non tamen ſunt in pa-
trimonio aut dominio Civitatis, *arg. l. inter publica 17. D. de
V. S. l. 1. §. fin. D. de adquir. poſſ. l. pacta conventa. 72. §. 1. D. de
contrah. emt. §. non ſolùm. 4. verſ. ſed ſi talis. I. de emt.* Sed tran-
ſeant & iſta! Caſus noſter principalis res ſingulorum concer-
nit, non res univerſitatis. Concedemus † etiam Magiſtra 20.
tum loci circa res iſtas poſſe aliquid diſponere; ſed admini-
ſtrando & curando eas res, *ut tit. D. de admin. rer. ad civ. pertin.*
non condendo ſtatuta. Denique † fatetur prælaudatus Do- 21.
ctor, tales diſpoſitiones ſolos obligare Municipes, non item
extraneos, niſi acceſſerit conſenſus ſuperioris. (3.) Idem † eſt 22.
in Statutis villarum, ut extraneos non obligent. Landr. *lib.
3. art. 79. verſ.* kein außlendig Mann. Neque † per talia Sta- 23.
tuta mutari poteſt Jus commune, (maximè circa mulctas) eti-
amſi dominus villæ ſive nobilis ea ipſe fecerit. Landr. *d. art. 79.
verſ.* kein Recht aber. *ubi gloſſ. n. 4.* Imo † hodiè omnis ſta- 24.
tuendi poteſtas Ruſticis eſt ademta. tantum per modum pacti
adhuc circa adminiſtrationem rerum communium, præſta-
tiones operarum, & negotia ſimilia ſalvo domini vel alterius
tertii Jure convenire inter ſe queunt. Secundum quod etiam

non malè intelligi & cum hodiernis moribus conciliari possent allegati textus. *Landr. lib.3.art.79.& lib.2.art.55.*

25. (4.) Edictum † si quis Jus dicenti non obtemperaverit Judicium & processum forensem stabilit; contumaces, ne impunè ferant suam contumaciam, *l. un. §.1.D. si quis jus dic.non obtemp.* coërcet; consequens tractat concessæ Jurisdictionis, quæ exerceri commodè non potest, nisi per pœnas defendatur. *l. fin. §.1. D. de offic. ejus, cui mand. est jurisd.junct.l. cui jurisdictio. 2. D. de jurisdict.* tribus verbis, à nostro casu penitus est alienum.

26. Interim † paulo licentiosius deflex imus de viâ, facilè nos veniam merituros existimantes, si per avia hæc, sed amœna loca capellas nostras cum cætero grege hodiè ageremus domum. modò à saltibus rei dominicæ abstineremus. In eos enim, qui ovium vel equarum greges in saltus rei Dominicæ (i. e. patrimonii Cæsarei) immiserint, (aut in prædia ad fiscum pertinentia hæc pœna est constituta, ut animalia ista illicò vindicentur fisco. *l. 1. C. de fundis & salt. rei domin. ubi Lu-*
27. *cas de Penna.* Quod † non pro noxâ est, ut vult Zœsius *n.8.D. si quadr. pauper.* (non enim Dominus animalium ea retinere potest oblatâ damni æstimatione) sed pœna est criminalis:
28. quemadmodum, † cum ob non solutum vectigal dominium rei commissæ ad Fiscum, aut cui Fiscus sua jura cessit, transit, pœna dicitur, *l. Imperatores. 7. §.1. l. interdum. 16. §. licet quis 5. D. de publican. & vectig.* ob crimen fraudati vectigalis irrogata *l. fraudati. 8. pr. l. Commissa. 14. D. de publican. & vectig.*
29. Procuratoribus † verò seu Officialibus, si muneribus corrupti pecora saltibus rei dominicæ immitti patiantur, gravissimum imminet supplicium. *d. l. 1. C. de fund. & saltibus rei domin.* Id
30. quod † Lucas de Pennâ interpretatur de pœnâ sacrilegii, *arg. l. 1. C. ut dignit. ord. serv. lib. 12.* quæ capitalis est, *l. sacrilegi. 9. pr. D. ad L. Jul. peculat.* licet quoad genus & modũ sit arbitraria; *l. sacri-*

legii

legis pœnam. 6. pr. D. ad L. Jul. pecul. hodie verò etiam quoad gradum quibusdam casibus arbitraria esse videatur. *v. Ordin. Crim. Caroli V. art. 172. 173. 174. 175.* Sanè Genus supplicii Pro- 31.
curatoribus istis infligẽdi suo vel Judicis arbitrio reservâsse putaverim Imperatores, cum id in illâ Constitutione non expresserint. juxta vulgatum illud, ubi nulla specialis pœna Rescriptis Principalibus definita est, ibi liberum est arbitrium statuendi ei, qui cognoscit *l. 1. §. 1. ff. de effractor. Schrader. de feud. par. 10. sect. 19. n. 122. Dn. Jacob. Schultes ad Modestin. Pistor. par. 3. q. 104. n. 9.* Respexisse autem Imperatores in allegatâ lege ad pœnam sacrilegii, probabile mihi non videtur. Sacrilegii † 32.
quidem instar est dignitatem alicui â Principe collatam in dubium vocare; *l. disputare. 3. C. de crim. sacrileg.* idve ipsum est, quod *in l. 1. C. ut dignit. ord. serv.* sacrilegii Reus esse dicitur, qui locum indebitum usurpando præcepta divina neglexerit, i.e. qui contra jussum Imperatoris locum alteri, in altioris dignitatis (ut hodiè Nobilitatis, Comitatus, &c.) gradum evecto, præripuerit. Jus enim Majestatis est tales dignitates distribuere. ut sacrilego non malè comparetur, qui eam dignitatis collationem, quasi in indignum atque nullo jure factam, impugnare ausit. Sicut enim sacrilegium est furtum sive violatio rei sacræ, ita qui Principi Majestatis jure utenti se opponit, sacra Principis legit & contrectat. Quæ † omnia in Procura- 33.
torem Principis depascentibus malitiosè conniventem vix quadrant. Saltus rei dominicæ ad patrimonium Principis, non ad sacram ejus Majestatem spectant. Sed † etsi de rebus 34.
fiscalibus urgeas, ad regalia certa ratione pertinere eas concedam; non item ad Jura Majestatis, quibuscum illa confundi non debent. Neq; † si, qui patitur depasci saltus dominicos, sa- 35.
crilegii reus esset, quasi propter conditionem rei violatæ, ab eo crimine absolvi posset, qui ipse pecora immisit. Magis sacrilegum videtur invadere rem Principis, quam invadenti saltem præstare patientiam.

36. Porrò † ne sylvæ, quas Ulpianus *in l. si servus servum. 27. §. idem & in sylvâ. 26. D. ad L. Aquil.* vocat immaturas, depascantur, statuta & consuetudines quorundam locorum severè prohibent. In terris Arverniæ nemora juvenilia sunt bannita per tres annos post eorum incisionem sub pœna arbitraria, *ut habet text. Consuet. Arvern. tit. 28. art. 23. ubi Aymo Publit. in gloss.* Eandem pœnam Ordinatio nostra Provincialis Divorum Friderici Wilhelmi & Johannis, Ducum Saxoniæ &c. *de anno 1589. tit. 35. §. pen. & ult.* depascentibus minatur: Es sollen auch unsere Förster fleissige auffachtung haben/ das nicht allein unser/ sondern auch alle andere Gehöltze/ so plochweise verhauen/ nicht ehe betrieben werden/ es sey denn das junge Holtz so hoch auffkommen/ das demselben durch daß Vieh kein schade geschehe. würde es aber iemand anders halten/ und sich selbst/ so wol gemeinem Nutzen zu schaden und nachtheil solche junge schläge unzeitig betreiben lassen/ den oder dieselben wollen wir uff ihre (der Förster) anzeigen/ die wir ihnen hiermit ernstlich befehlen thun/ in gebührende und ernste Straffe zu nehmen wissen.

37. Temporis † etiam ratione pastus nonnunquam punitur. ut in terrâ Aurelianensi non tantum pro animalibus in ea regione, quæ subest custodiæ regiæ, deprehensis, sed & quæ noctu in segetibus, pratis aut pascuis privatorum damnum dederunt, sexaginta solidorum mulcta fisco pendenda est. *Consuet. Aurelian. tit. 5. c. 10.* Et iterum in terrâ Arverniæ animalia noctu depascentia cum custode confiscantur pro dimidiâ parte, altera dimidia domino fundi committitur. Si sine custode deprehendantur, pœna est arbitraria. *Consuet. Arvern. tit. 28.*
38. *artic. 9. & 18.* Nimirum † pastûs nocturnus diurno sceleratior est habitus etiam in Legibus 12. tabb. ubi, teste Plinio, *lib. 8. c. 3.* frugem atro quæsitam furtim noctu pavisse aut secuisse puberi capitale erat, (suspensus enim Cereri necari jubebatur) impubes Prætoris arbitratu verberabatur, & ad dupli restitutionem

nem

nem condemnabatur. *confer. supr. c.* 14. *n.* 5. Comparat, ut vide- 39.
mus, Lex ista eum, qui secat, i. e. furem, cum depascente, &
utrumque ultimo subjicit supplicio. Unde confirmari possit
sententia Terminči, *de process. c. 101. n. 6.* depascentem ut furem
etiam hodie puniri posse, (pœna suspendii pro quantitate da-
mni) post alios statuentis, & hanc in rem allegantis Ordinati-
onem Caroli V. Criminalem: *art. 167.* Wer bey nächtlicher
weil jemand seine Früchte / oder auff dem Felde seine Nützung/
wie das alles Nahmen hat/ heimlich oder gefehrlicher weise nim-
met und hinweg treget oder führet/ das ist auch ein Diebstal (*adde
l. verum est 25. §. fin. ibi: vel fructuum, quos quis fraudandi animo
decerpsit. l. si apes. 25. §. 1. ibi: qui fructus stantes subripuerit. l. fullo.
82. §. 1. de furtis*) und wie andere Diebstäl vorgemeldter maß zu
straffen/ deßgleichen wo einer bey tag iemandts an berührten sei-
nen früchten / die er heimlich nehm und hinweg trüge/ grossen
mercklichen und gefehrlichen Schaden thete. Verùm mitior
nobis magis arridet sententia. Utut enim Lex decemviralis
comparaverit furem & depascentem: (de supplicio, cujus atro-
citas ipsis postea displicuit Romanis, *Rosin. in Antiquit. Rom. lib.
8. c. 6. ad L. 12. tabb. par. 3. l. 26.* non est, ut multa addam) ea tamen
comparatio nobis hodiè, qui Lege 12. tabb. nisi quatenus in
Corpus Juris nostri est redacta, non utimur, jus non facit. Eni-
xa Caroli mens, pastum à furto distingui volentis, ex verbis
illis, nimmet / hinweg träget oder führet / semel iterumque
nehme/ hinweg trüge / positis satis elucet. Qui pecora immit-
tit, nihil surripit, nihil contrectat, furtum autem sine contre-
ctatione non committitur. *l. 1. §. fin. D. de furt.* Objicies: † con- 40.
trectationem fieri à pecoribus, dum gramina carpunt; fieri
ergò furtum ope consilio immittentis. *ut §. interdum quoq;. 11.
J. de oblig. quæ ex del.* Sed, ut omittàm quæ de genuino con-
trectationis significatu, & de explicatione definitionis furti
afferri possent, respondeo, ut qvis furti obligetur ex ope præsti-
tâ, furtũ reverà ab alio factũ fuisse oportere: pecora autem ipsa,
etiam-

etiamsi ea absumendo contrectare dixeris, furtum tamen facere non
41. posse. Si † ergò, qui pecore immisso alienum fundum depavit, neq; per se neque per immissum pecus furtum propriè commisit, pœna furti hodierna, aliàs, ut videtur quibusdam, severa nimis & penè iniqua, ad hoc factum extendi non debet. *l. pen. D. de pœn. l. factum cuiq. 155 §. 1.*
42. *D. de R. I.* Casus † enim pœnales sunt stricti juris, & non recipiunt interpretationem extensivam seu similitudinariam. sunt verba Baldi. *ad l. cum proponas. 3. n. 13. C. de hered. instit.* In quibus desino, atque tractatui huic meo subitaneô feliciter ultimam impono manum, anno 1652. die 18. Aug. Tibi summe Deus, qui ultimus es & primus, Laus & Gloria Sempiterna. Amen.

Benivole Lector, errores, sive calami, sive typothetæ insigniores ita emendabis:

Pag. 3. lin. 15. habeat) habent. *p. 4. l. 29.* naturalia) naturali. *p. 5. l. 30.* descedere) descendere. *p. 7. l. 6.* nota. 6.) notab. *p. 11. l. 21.* corporea) *adde:* compositarum & veluti. *p. 19. l. 20.* perfectè) purè. *p. 28. l. 23.* eruerit) eruperit. *p. 30. l. 15.* quam) eamq; *p. 34. l. 9.* exempla) *adde:* damni. *p. 45. l. 14.* interfecit) interfecerit. *p. 51. l. 26.* n non) enim non. *p. 56. l. 13.* sumus) simus. *p. 57. l. 16.* action. emti) furti. *p. 67. l. 24.* 23) 2. *p. 68. l. 4.* 07) 107. *p. 74. l. 6. & seqq. tabula, quæ ibi habetur, hunc in modum formanda, ut verba,* tot, quot ætatis ejus ad annum sexagesimum desunt, remisso uno anno, *spatio isti eximantur, & solis verbis,* homo annorum 40. usq; ad annos 50. *respondeant, ideò ex adverso ponantur post numerum 20. inferiè annorum futurorum p. 76. l. 25.* v.) verum. *p. 79. l. 6.* do) *transpone in linea præcedentis initium. p. 88. l. 3.* concipiendam) concipiendum. *l. 23.* fundamentis) argumentis. *p. 89. l. 31.* pronunciabit) pronunciavit. *p. 104 l. 13.* respondet) respondent *p. 107. l. 5.* 1.) *transpone in lineæ præcedentis initium. p. 111. l. 25.* electio) lectio. *p. 118. l. 6.* pinguicria) pinguiora. *p. 119. l. 11.* 8) 38 *p. 125. l. 18.* captionem) captionem. *p. 140. l. 3* de pastu) depasti. *p. 145. l. 9.* sentiturum) sortiturum. *p. 148. l. 6.* deficiet) deficiat. *p. 156 l. ult. in f. adde:* seqq. *p. 157. l. 9.* qui) si *p. 159 l. 26.* uti) ut. *p. 169. l. 5.* immissæ) immissa. *p. 181. l. 9. ab initio parentheseos pone:* Ita Bertazzolius. *p. 182. l. 26.* ander Thier) *adde:* als es ihm schaden will *p. 186. l. 29.* transimus) *adde:* pœnas. *p. 195. l. 30.* volvitur) vertitur. *p. 199. l. 9.* Belux) Belnæ. *p. 200. l. 21.* decandatæ) decantatæ *p. 207. l. 15* cantus magicus) cantum magicum. *p. 209 l. 22.* habitationes) habitiones. *p. 210 l. 23.* nec) ne.

Necdum omnia perquisivi, accentûs perperam positos, & commata & puncta vel neglecta, vel incongrue adjecta ipse pro candore tuo supplebis, sive corriges.

INDEX

INDEX
Rerum memorabilium in hoc tractatu comprehensarum.

Prior numerus caput, secundus versiculum notat.

A.

D.

Exce-

Inter

K.

L.

pro

O.

P.

 an

Q.

R.

 Sacri-

S.

T.

TEXTUS.

In hoc tractatu explicati

Ex Institutionibus

Ex Codice.

Ex Jure Feudali.

Ex Decretis.

Ex Decretalibus.

Ex Ordinatione Carolinâ.

Landrecht.

Weichbild.

FINIS.